

Karlsbad
14 XVII.

VIII. 72. 73.

4

ELOGIA
PRÆCOCIUM
Qvorundam
ERUDITORUM,
Aliorumque
VIRORUM DOCTORUM,
M. Henningi Wittenii
NOVEM DECADIBUS
PHILOSOPHORUM, ORATORUM, POETARUM,
HISTORICORUM & PHILOLOGORUM,
superaddenda,
Quo siam nanciscatur integritatem
Philosophorum præstantissimorum
CENTURIA,
Annexo Indice Virorum,
qvorum
Vitas ista exhibet,
Collectore
Georgio Henrico Goetzio, D.
Ecclesiæ Lubec. Superintendente.

LUBECÆ,
Apud PETRUM BÖCKMANNUM,
Typis SAMUELIS STRUCKII, A. MDCCIX.

VIRIS
Plurimum Reverendis,

&
tam Virtutibus , qvam Scientiis
Præcellentibus,

DN. JOH. ALBERTO
FABRICIO,

SS. Theol. Doctori , Philosophiæ
Moralis ac Eloqventiæ in Gymnasio
Hamburgenſi Professori
Publico ,

&
Scholæ Johanneæ Rectori ,

Polyhistori celeberrimo ,
ac

DN. M. PAULO CHRI-
STIANO HILSCHERO,

SS. Theol. Baccalaureo , Ecclesiæ · Palæo-
Dresdensis Pastori , Theologo ac
Philologo clarissimo ,

Gratiam & Pacem !

Non alia inductus ratione Vobis, Viri eruditissimi, Elogia hæc consecrare sustineo, quam ut publico hoc Documento Vobis notum faciam, me virtutes vestras ac dotes impense amare ac colere. Ex quo enim tempore ultimumque Vestrum intimius nosse cœpi, abunde satis perspexi, Vos in eo totos esse, ut litterarum decus tueri, ac singulis prodesse queatis. Quid institutum vestrum, omni laude dignum, protixa oratione in presenti deprendere nolo, cum neminem Eruditorum lateat, Volumina illa, quæ abs Te, Fabrici excellentissime, vel recens scripta, vel emendatio edita, vel è tenebris in lucem primum producta fuere, nominis tui famam, varia ac invidenda ferme doctrinâ incredibilique diligentia partam, celebriorem indies indiesque reddere, atque nobilitare. Ut de Te, Reverende admodum Hirschere, non referam, quanto in pretio egregia tua Schediasmata, plagulis quidem non adeo magna, doctrinâ tamen ac judicio maxima, ab Eruditis habeantur. Quamvis autem Litterarum Studia, quibus antecellitis, mesic facile in vestrum amorem pertraxerint, non tamen aliae desunt rationes, quibus permotus in Oculis Vos huc usque gerere consuevi. Eandem enim Patriam mecum agnoscis, Fabrici optime, Lipsiam innuo, cui roties mecum bene precaris, quoties eandem Tibi in memoriam revocas. Amplissima deinde Civitates illæ, nexu sibi junctæ suavissimo, Lubeca scilicet atque Hamburgum, quæ nos in sinu hactenus soverunt, arctissimum amoris vinculum exigunt, atque jure

: (2)

quodam

quodam postulant, ut alter alterum benignis excipiatur modis. Ut non commemorem exquisitos illos libros, abs Te publici juris factos, mibi que dono missos, promptamque inserviendi voluntatem, non semel mibi hactenus declaratam. Idem de Te quoque, Hilschere conjunctissime, ipsa conscientia teste, pronunciare possum. Etenim non solum in Academia Lipsiensi vera mihi Tecum intercessit amicitia, sed in Electorali etiam Dresda, cum ambo sacro praefecti essetis officio, magis magisque confirmata fuit, atque in hunc usque diem, locorum licet intervallo vivamus disjuncti, inconcussa stetit, atque integra, ut Te Amicorum Ocellum nominare haud verear, animoque & amicitia mihi sit ac permaneas longè conjunctissimus. Cum itaque indoles vestra, Viri Honoratissimi, mihi sit exploratissima, non immerito Vos Epistola hac publicè compellare, Vestraque Nomina, per Omnia Virorum volitantia, hisce Elogiis, quæ nunc conjunctim prodire jubeo, praesigere sum ausus, certa spe fatus, fore, ut institutum meum benevole, ut alias svei vestris, accipiat, mibi que amorem vestrum illibatum servetis atque integrum. Complebitur autem hæc, quam videtis, Collectio Vitas Præcocium quorundam Eruditorum, aliorumque Virorum Doctorum, qui seculum superius doctrinâ & virtute illustrarunt. Ubi tamen statim mihi indicandum est, me, cum hisce Elogiis colligendis operam darem, Viri doctissimi, & ad Magnanari, M. Joh. Christoph. Wolfii, Lycei Flensburg. Con-Rectoris per quam industria, exemplo fuisse excitatum, quippe qui Orationem Inauguralem,

guralem, varia doctrina refertam, de Præcocibus Eru-
 ditis, nuper admodum publicavit, meque in eam indu-
 xit sententiam, Eruditorum, in tenerâ etate magna,
 quæ etatem excedunt, molientium, Memoriam ab in-
 grata oblivione omni studio esse vindicandam. Qvibus
 deinde adhuc alios, Doctrinarum cultu florentissimos,
 adjunxi, firmiter ratus, facillimo sic negotio decimam
 Decadem Philosophorum, Oratorum, Poëtarum,
 Historicorum ac Philologorum adornari, eandemque
 Evecadì Decadum Wittenianarum superaddiposse quam
 commodissime. Qvo vero illis, qvi Witteniano Opere
 destituuntur, compertum esse possit, de qvibus Auto-
 ribus in illo actum fuerit, Indicem Scriptorum, à Wit-
 tenio laudatorum, huic Decadi ultima non sine fructu
 annexendum esse censui. Num hoc ipso operam &
 oleum perdidierim, judicent ingenui ac cordati Viri,
 mibi enim est persuassimum, haud male eos rebus suis
 consulere, qvi Vitas Eruditorum sibi reddunt familiares.
 Mores exim Lectorū meliores subinde reddi emen-
 datioresque, non sine ratione judico, si Virorum præcla-
 rissimorum Fata & Facta diligenter perpendentes, ex iis
 sibi exemplum sumant, eosque velit, imitantur, vel, si seru-
 ficerint, fugiant & cauius mercari discant. Ut non
 attingam, ad magis diligentem mortis meditationem,
 ac rerum, quæ hic sunt, fluxarum & fragilium con-
 temptum eos haud raro excitari, cum relatum legent,
 Præcoce Eruditos, vix orbi datus, eidem starim suisse
 surreptos, hos, repentina morte sublatos, illos, etate ac
 senio confectos, variis obnoxios infortuniis, interiisse.
 Ejusmodi autem cogitationes omnia esse optimas ac

saluberrimas, qvilibet veræ pietatis sensu minime
 destitutus mecum agnoscet libentissime. Quemadmodum
 verò ex hac, quam nunc in publicam lucem profero, De-
 cade plurimum utilitatis percipient amèniorum littera-
 rum Cultores; Ita his ipsis spondeo, atque in mere-
 cipio, me ad alteram Centuriam Philosophorum claris-
 simorum edendam pedem esse promoturum, si modo in-
 stitutum hoc meum Vobis, Amici astutissimi, indi-
 catum fuerit, satis superque cognitum, atque proba-
 tum. Quo vero accuratam istius, qvod molior, negotii
 habeatis notitiam, ad sequentes, quorum Elogia, certis
 Decadibus distincta, prelo parata habeo, nunc oculos ve-
 stros intendite. Decas enim prima Lubecenses sicut
 Philosophos. Jac. Köckertum, Jo. Henr. Meibomium.
 Joh. Linovium, Sebastianum Meierum,
 Henricum Bangertum, Herm. Nottelmannum,
 Jo. Polzium, Dan. Lipstorpium, Mart. Lipe-
 niuum, Sixtum Christianum Lipenium, Secunda
 Lipsienses enarrat. Godof. Raspium, Ant. Kir-
 chofum, Jo. Hornschuchium, Joach. Gesenium,
 Georgium Cramerum, Jo. Kühnium, Jo. Itti-
 gium, Christ. Frid. Franckensteinum, Joach.
 Fellerum, Anthon-Guntherum Heshusium.
 Tertia Wittebergenses tradit: Henricum Velste-
 niuum, Tobiam Tilemannum, Jo. Wanckelum,
 Wilhelmum Nigrinum, Michaëlem Schneide-
 rum, Christianum Trentschium, Balthasarum
 Stolbergium, Martinum Knorrium, qvibus duos
 addo Litteratos, qvorū alter imbecillitate mentis, alter
 oculorum acie liberavit, Johannem puto Rodenbor-
 chium,

chium, & Christophorum Jüngerum. *Quarta*
 Polyhistores & Oratores complectitur: Henric.
 Meibomium, Avum & Nepotem, Christophorum
 Schraderum, Hermannum Conringium, Jac.
 Thomasium, Henr. Christophorum Janum,
 Melch. Schmidium, Petr. Lagerlöfium, Frid.
 Bened. Carpzovium, Olaum Rudbeckium,
 Christiernum Alandrum. *Vinta* Viros exhibet,
 de diversis Academiis & Scholis præclare meritos.
 Th. Golium, Conradum Bachmannum, Christ.
 Gveintzium, Th. Lansium, Joh. Vagetium,
 Frid. Büttnerum, Joach. Rosenovium, Nicol.
 Benedictum Pascham, Christoph. Behrium,
 Dan. Sarcovium. *Hos* Viros, eximia doctrina, famæ
 præstantia conspicuos, prima Centuriæ secundæ
 Pars commemorabit. Ad alteram nunc quoque progre-
 derer, ni verendum mihi esset, ne protixa hac scriptione
 vobis molestiam parerem, & ut residui prius in thea-
 trum produci vellent, quam modo nominati in conspe-
 dum eruditioris orbis venissent. Ex illis autem, quos modo
 indicavi, satis superque colligere poteritis, Viri savissi-
 mi, me variae eruditionis Viros undique conquisi-
 viisse, atque eos doctorum judicio, memoriaque sempiterna, desti-
 nasse. Ordinem quidem, quem annus emortualis alias
 suggestit, certis de causis non observatum fuisse ultra
 fateor, Virosque illos, qui in Scholis docuerunt, subinde
 hic arcessi, atque interseri, dissimulare quidem nolo, ne-
 minem tamen propterea mihi dicam scripturum esse
 arbitror, qui modo confidenerit, me omnem operam
 & studium contulisset in Viros, qui vel in una Civi-
 tate

tate floruerunt, vel idem saxum voverunt, ac communia tractarunt Studia, tum in Scholarum Doctores, praeclarissimè de illis meritos. Quamvis enim optimi hi Viri (qvos penè Martyres vocasse) sàpiissimè algâ viiores putentur, mihi tamen duplici honore videntur esse dignissimi, eo quod Viros Rei Literariae dare soleant apprimè utiles, ita ut si absque illis esset Eruditorum Cætus magnum ac irreparabile prorsus pateretur detrimentum. Quapropter in ea sum sententia, pios ac solerter ingeniorum formandorum artifices, licet nullis inclauerint scriptis, inter Ornamenta Virorum esse referendos, Eorumque Memoriam haud immerit servari diligentissimè. Qvod sidenique aliis, Dicaculis scilicet ringentibus, Institutum hocce meum leve satis & indignum officio, qvod h̄c Lubeca sustineo, sacro vi- sum fuerit, illos quidem suo abundare sensu pariar, sciant tamen hi homines, me jam olim Ciceronis sententiam animo meo voluisse, Voluptas, scribentis, percipitur tam ex vilissimis rebus, quam ex pretiosissimis. Sed cum brevis Epistola, non verò Apologia, mihi scribenda sit, & chartæ angustia plura proferre prohibeat, finem hic facio, Vosque extremo compello, Viri clarissimi, ut Virorum Doctissimorum Decadem hanc benignè recipiatis, errores, si quì in illa commissi fuerint, emendetis, conatus meos Litterarios pro virili vestra promoteatis, ac Goëtzio vestro constanter faveatis. Deus autem Vos, Ecclesia & Rei Literariae Bono, salvos & incolumes servet diutissimè! Valete ex animis sententia, & quod valeatis, diligenter curate! Scrib.

Lubeca d. XXI. Dec. A. MDCCLIX.

PEREN-

PERENNATURUM RARÆ
MATURITATIS,
PIETATIS,
&
VIRTUTIS
MONUMENTUM,
ILLUSTRI ET GENEROSISSIMO
DN. GUSTAVO

ab *Wilmfeld/*

LIBERO BARONI in Nienhusen/
Domino in Utersleben/Rosenhoff & Neuschloß &c.
Sæ.Ræ. Mts. Sciæ. CONSILIARIO, & in Sum-
mo TRIBUNALI Wismariensi ASSESSORI
longè splendidissimo,

qui
HOLMIÆ SVECORUM d. X. Novembr. MDC LI. natus,
THORUNII PRUSSORUM d. XXVII. Mart. MDCLXXIV.
denatus,

STETINI POMERANORUM d. XXVII. Augusti currentis,
publicè Exequiarum solennitate.
Magno Magnorum Virorum Fœmina-
rumqve comitatu, ad ædem D. Mariæ
tumulandus est,

cum

Invitatione STUDIOSÆ in Regio Gymna-
sio CAROLINO Juventutis,
erectum

â

M. MARTINO LIPENIO,

Rectore & Profess.

P. P. Stetini XXIII. Augusti.

A



S I qvem vel virtutis studium, vel
 pietatis amor, vel aliae Generosi & Ex-
 cellentis Animi dotes à mortalitatis
 lège eximere possent, cerè nobis hac
 vice funus *Generosissimi GUSTAVI ab
 Helfeld* / accurandum non foret.
 Nam in eo nihil vulgare, nihil proletarium : Omnia
 summa, omnia rara. Si ejus *Ingenii* capacitatem testi-
 menus, nihil fuit illo excellenter : Si *Virtutis & Erudi-*
tionis apicem ponderemus, nihil illo eminentius : Si
 denique *Linguarum* notitiam pensitemus, ea supra æta-
 tem, supra fidem fuit posita. *Decem Linguis* loquebatur
 jurenis, nondum ex Ephebis egressus : Stupor Gentium:
 Miraculum Ingeniorum. Qvos populos adiit, eos intel-
 lexit : Qvos audivit, cum iis est locutus, & ipsorum qvi-
 dem *dialecto* est locutus. Cum popularibus Svecicè,
 cum *Moscovitis* Moscovitice, cum *Polonis* Polonicè, cum
Latinis Latinè, cum *Gallis* Gallicè, cum *Hispaniis* Hispaniè,
 cum *Italis* Italicè, cum *Anglis* Anglicè, cum *Holla-*
ndis Hollandicè, cum *Germanis* Germanicè, non vul-
 gariter sed excellenter, est locutus. Qvod ego pro-
 fectò velut Excellentissimum & Rarissimum Dei Natura-
 que *Donum* non solum Admiratione, sed & omnium
 seculorum & gentium Commemoratione dignum judio.
 Definat nunc *Scotia* suum jaclare *Jacobum Critonum*:
 Genuit enim *Svecia* ei parem. Ille suo tempore velut
 seculi monstrum, prodigioso naturæ opificis conatu edi-
 tum celebratus est publico qvodam totius Orbis Cale-
 donii judicio, velut *Phœnix* *Ingeniorum*, eo qvod Vige-
 smo Primo ætatis Anno *Decem Linguarum* peritiæ, nec
 non

non Philosophiæ, Mathematicæ, Theologiæ & cæterarum Disciplinarum mitiorum Apicibus præsttit. Celebratus ita est *Critonius*, & suo quodam jure ultra seculum ita celebratus. Sed nunc ei palma dubia redditur à Beatissimo *Helmfeldio*. Nam is jam à XX. ætatis Anno *Decem Linguarum* peritus fuit, Philosophiæ præcepta hauit, Mathelin præprimis Geodeticam, & Fortificatoriam, quam vocant, tenuit. In Theologiâ puer X. annorum (quod vix credibile poterat videri) & oppnendo & interrogando totam Synodus Narvensem fatigavit simul & oblectavit, ut tum omnibus admirationi, & multæ expectationi esse incepit. Præterea etiam *Grecam* & *Hebream* lingvam ita calluit, ut sanctorum Bibliorum Codicem V. & N. T. in Idiomate utroque authentico legeret & intelligeret. Sic igitur Natura, quæ tantum olim potuerat in *Juvene Stoto*, videtur experiri voluisse, quid & quantum etiam in *Sveco* præstare posset.

Jaetat se Italia; & superbis in præmaturis suis Ingeniis: sed non minus Svedia quoque allaborat. *Nerva* *Floras* *Nervæ F.* ut habeat *Ulpianus*, anno ætatis XVIII. magna cum laude de Jure respondit: Respondit & nosler *Helmfeldius*, cum nondum ætatis annum *Decimum Septimum* esset egressus, Disputatione Solenni de *Ocupatione* *Lugduni Batavorum* propositâ, & cum omnium admiratione masculè defensâ.

L. Crassus summa Eloqventiæ vir anno ætatis XIX. pro C. Carbone, *Cesar* pro Dolabella uno & vigesimo: *Afinius Pollio* pro C. Catone altero & vicesimo publicè perorarunt: Peroravit & nosler *Helmfeldius* pro *Barbaris* de eorum *Ratione Status* *Binas* *Luculentas* Orationes habens annum ætatis XVI. agens. Quotusvisque ex dictis non videt, fecundiorem ingenii maturitatem in *Sveco*, *GUSTAVO HELMFELDIO* fuisse, quam in antiquis illis Oratoribus Romanis fuit? Sic Natura tan-

tum abest, ut senectute effeta aut desatigata sit, ut potius talia (quāquam *Rara*) hodiēnum quoque prōducat Juvenum ingenia, quālia olim produxit. Avorum memorīa *Johannes Picus*, *Mirandula Comes*, *Vigesimo* aetatis anno, Conclūsiones Nōgentas in omni scientiarum genere, ex Græcorum, Latinorū, Ebræorum, Chaldaeorum, Arabum arcanis deceptas *Rome* disputandas proposuit. *Bononia* ex omnibus scientiis Theorematā, Quæstionib⁹ quinque millib⁹, centum & nonaginta septem distincta *Jacobus Mazzoni⁹* aetatis *Vicesimo Secundo* anno disceptuenda exhibuit. Et *Paulus Scalichius* eodem aetatis anno in eādem Urbe mille quingentas & quadraginta Tres Propositiones publicè defendit: *Nicolaus vero Helior⁹* Anno MCCC XLVIII. *Viginī* circiter annos natus, cūq⁹ summo applausu & stupore *Parisis* disputavit. Quib⁹ omnib⁹ in latiori solo & saege genitis nos ex arcto Orbe opponimus. *GUSTAVUM* nostrum *HELMFELDIUM*, qui in omni scientiarum genere istis pār, annis minor, linguis superior extitit, ut cum rectiori quādam jure, quā olim *Critonium*, *Ingeniorum Phenicem*, *Fucentiūtis Saecica Florem* & *Honorēm* appellare possumus.

Sed istud vehementer dolendum, & multis lacrymis deplorandum, quod tanta nature p̄fiantia non sit perpetua, aut saltem non diurna. Ut fructus, qui citō ad maturitatem pervenient, citō vicissim decidunt: Ita & juvenes, qui supra ingenii & aetatis vires Viri sunt, immaturum sua maturitatis damnum persentisunt, Recte *Barclajus* in *Satyrico*: *Quos ante etatem Viros cernimus, ii vel citio matuvi occidant, necesse est, vel ut in eam stultiriam, quam infantes declinarunt, sēnes incurant.* Ob quām iacturam, & periculi metum plerique Ingeniorum astimatores *Precocia* fastidiunt, *Serotina* laudent. *Odi*, inquit ille, *Puerum Precoci Sapientia*. *Quintilianus* quāsi yates futurorum, *precox* *ingeniorum*

geniorum genus non temere unquam ad frugem pervenire praecepsit L. i. Institut. Orator. c. 3. Hinc etiam alius Paterfamilias dicebat, *sibi in juvenilibus Ingeniis, iidem, ut in pomis immaturis placere Acerbitatem.* Nam hac deinceps successu temporis maturescere, & eò longius durare. Non adeò inepit. Nam maturitas tempestivam favoritatem, præocitas intempestivam putredinem affert. Qvod paulatim accrescit, durabilis est: Qvod simul & semel ad *άμυνην* pervenit, etiam simul & semel perit. Hæc hominum judicia: Sed quid de iis sacra scriptura? *Τελεωθεῖς ἐν ὀλίγῳ ἐπλήρωσε χρόνος μαρτύρων.* Egregie. *Qui in exiguo (tempore) perfectus est, explevit tempora longa.* Parum enim referre videtur, diu, an brevi: vi quis vivat, dummodo brevi vita spatio tantundem Eruditio & Sapientia acquirat, quantum alter vel trisecularius Nestor longorum annorum decursu sibi acquisivit. Imò si rem justa lance expendas, tanto felicior maturus juvenis, quam canus senex astimandus est, quanto ille minores & pauciores labores pra hoc sustinet. *Γῆρας τῆμοις καὶ τὸ πολυχρόνον, καὶ άριθμῷ ἐτῶν μεμέτρηται:* Senectus venerabilis non est multorum annorum numero: *Πόλια δὲ εἰς Φρόντος αὐθεόποιος,* καὶ ἡλικία γῆρας *βίᾳ αἰνθῆλευτός:* Sed Sapientia est Cænitias inter Homines, & vita immaculata est etas senectutis, ut verè & sincerè Philo, seu quis alias Sapientiae autor, judicavit. Cum quo & illud coincidit, qvod Menander olim dixit:

εἰς αἱ τείχες ποιῶσι αἱ λευκαὶ Φρογεῖν :

Αλλ' οἱ τεῖχοι εἴναι εἰς τῇ Φύσει γέρεων.

Non cani pili faciunt prudentiam:

Sed ingenium quorundam naturā senile est.

Quæ omnia ut in Illustri & Generosissimo Dn. GUSTAVO ab Helmfeld/ Libero Barone in Hohenhusen/Domino

in Jersky / Rosenthal / & Neuschloß / &c. S.R. M. Sveciae, Consiliario, & Tribunalis Wismariensis Assessore longè splendidissimo vera sunt, ita pauca adhuc alia de reliquo vita Curriculo dicemus. Natale ei solum Svecia, & in eâ Regis & Regini sedes Holmia. Pater illustris & Generosissimus Heros ac Dominus SIMON GRUNDEL HELM-FELD, S. R. M. Regnorumque Svecia Senator & Camp-Mareschallus, Liber Baro in Nyenhusen / Dominus in Jersky / Rosenthal & Neuschloß / &c. qui ob merita bellica ad tantum honoris fastigium evasit, & tam divini Ingenii Filium genuit, ex Marre Generosissima, MARGARETA, ex familiâ Truchessia de Welderswalde, in Neundorff oriunda, quæ præcipue dignationis in Nobilitate Misnica familia est. Haec ut valde gavisa est de recente edito filio, ita mature cum lavacro baptismali iniciari curavit, Serenissimam ac Potentissimam Reginam ac Dominam, CHRISTINA manum susceptricem suppedante, & nomen GUSTAVI imponente.

Matris autem vices, qvod ea mature obiisset, & filiolum nondum quadrinulum reliquisset, postmodum Generosissima & Piissima MARGARETA HEDWIGIS de PARR, & in torum, & in curam familie assumpta, supplevit omnium sollicitissimè. Nihil hic mutatum, nisi persona: Antius & affectus in hunc tam bona frugis filium verè Maternus i. e. intimus & valde benignus mansit. Sic ex generoso stemmate generosus surculus prognatus maturè bonæ Indolis, & capacissimi ingenii fructus dedit. Nam & in pietate, & in puerilis etatis studiis ultra etatem profecit. Nihil in Lingua Latinâ, nihil in Philosophia intactum reliquit. Fundamenta Fidei Orthodoxæ ita imbibit, ut etiam puer decennis eum eruditissimis Theologis dubia Theologica communicaverit.

Cum annum etatis XIII. ingressus jam tum *Quinque Lingvas* calleret, *Thorunium* missus est, ut ibidem & maiores in Philosophia progressus ficeret, & simul Lin-

giam

gvam Polonicam addisceret. In qvorum utroq; veritatum efficit, ut cum optimis qvibusq; de principatu contendere possit. Biennio ibi exacto in *Hollandiam* venit, & *Lugduni Batavorum* bis ex memoria peroravit, semei publice disputavit. Academia igneam ingenii vim admirata est, Senatus applausit, juventus Batava, Germanica, Svedica eidem assurrexit. Eodem plausu in Angliâ exceptus est. Precurrerat Fama in Academiam, Precurrerat in Aulam. Hinc ubique gratus, ubique acceptus fuit. Et ne quid dubites, vel illud liqidissimum documentum esto; qvod in *Regiam istam Societatem*, qvæ Londini est, velut novum & idoneum Membrum publicâ autoritate est assumptus. Id qvod ego illustre magnæ existimationis argumentum interpreteror. Nam qvia ista *Societas Regem* habet fundatorem, Ducem Eboracensem, & Principem Palatinum Rupertum membra, imò qvia tota ex Magnatibus & personis ex merito conflat, non cuivis ad eam, imprimis exterо, patet aditus, nisi qui aut magnis meritis clarus, aut singulari rerum Phyiscalium scientia instructus, aut de qvo ampla virtutis & eruditionis opinio est. Ita in *Anglia* honoratus, in *Gallias* excurrit, in qvibus aut pari, aut majori existimatione vixit. Non poterant tantæ Ingenij dotes occuli: Undiq; vagie increbescabant. Hinc Serenissimus & Potentissimus Princeps ac *Dominus*, *Dominus CAROLUS XI.* Svecorum, Gothorum, Vandalorumq; Rex &c. *Dominus Clementissimus*, etiam motus est, ut eum gratiosissimis literis allegerit & Assessorem summi Tribunalis *Wismariensis* fecerit. Id qvod vicisim singulare Regiae Clementia & magnæ de eo conceptæ opinionis argumentum est, Juvenem novendecim annorum summo judicum Collegio adaptare, & in ejus humeros, tantam molem transferre, cui ferundæ vix viri longa rerum experientia & Canitie venerabiles pares sunt. Nihilominus tam clementi Vocationi parere æquum judicabat, in simul

Simul autem dolebat, se in medio peregrinationum cursu
avocari. Nam Hispania, Italia, Germania adhuc su-
perant Iustrandæ. Quod animi desiderium cum etiam
Regiâ indulgentiâ explevisset, anno etatis XXI. Wismar-
iense Tribunal cum Jurium, tum aliarum rerum pere-
grinarum scientia satis instrutus, est ingressus, in eoq;
talem se gessit, ut Du. Collegarum mutuum favorem &
amorem, sibi velut proprium fecerit, magnumq; sui
desiderium post fata reliquerit.

Magna (fateor) haec tenus dixi: *Magna & Rara:*
Sed si *Pietas in Deum, Reverentia in Parentes & Su-
periores*, intemerata *Fides* in Jesum suum, & alia hujuscem-
odi vivis coloribus depingi possent, longè plura dicen-
da essent. Nam tota πληροφορία mentis in *Deum*
ferebatur. In divino verbo audiendo attenus, in Sacra-
mento participando devotus, in Mysteriis credendis
modestus erat. A puritate fidei, quam ex parentum ore
hauserat, ne latum quidem ungvem vel in ipsis idolo-
manicæ papisticæ locis discessit. Honoratissimum *Dn.*
Patrem, & indulgentissimam *Matrem* (nam odiosum
Novercae nomen hic nullum esto) tam tenero amore &
honore complexus est, ut dubium sit, an ipse pluris Pa-
rentes fecerit, an Parentes eum. Tanta bonitatis filius
erat, & adeò juvenis tam amplos honores adiit! Quid
futurum creditis, si dicitur superfluisset? Nonne ma-
gnum *Ornamentum Arctoi Regni?* Nonne *Decus Sve-
cica Gentis*, quale jam tum erat, longè ornatius futu-
rus erat? Sed istud cheu! in fatus non fuit. Nam
nupero Martio Thorunii ex ardente febre placide expi-
ravit, & ex Polonicis Comitiis, ad quæ Regis, *Patris*
& Collegarum Voluntate ierat, in coelestia *SS. Trini-
tatis, Angelorum & Beatorum* Comitia transportatus
est, cum XXII. annos, IV. menses, X. dies in hac
mortalitate explevisset. *Breve Spatum: Magnum Inge-
num*

zium: Rarum Exemplum, ideoq; dignum, qvod eruditus
Orbis in aeternitatis annales transcribat.

Nostrum est, FILII, ultimos ei honores exhibere,
& freqventi ac decenti ordine funus prosequi. Vos
vero Juvenes ad HELMFELDII monumentum, non
secus ac olim Alexander ad Achillis tumulum excitamini,
ut non solum ejus laudes celebretis sed & Virtutem
imitemini. Quod ego Vos moneo, idem suos Batavos
monuit Nobilissimus JCtus & Professor *Dn. Doctor v. Thien*. Is cum Praes solennis istius Disputationis
esset, cuius supra meminimus, & ob facundiam atque
peritiam HELMFELDII, ne verbulum quidem addere
opus haberet, hoc Exemplum Imitationis omnibus Studiis
Leidensibus publicè commendavit, idque postea in
suâ Cathedrâ aliquoties reiteravit. Sic ego habeo præ-
conem Imitationis Jurisconsultum; Vos & me, &
multos alias Helmfeldiane Virtutis estimatores habetis.
Illustrè est trophæum, ad qvod velras cogitationes diri-
gitis: Laudabilis stimulus, quo agitamini. Non dece-
runt bonis conatibus præmia: Labores sequentur ho-
nores, dignitates, iisque defunctis, Gloriose & Beatae
Mors, quam semper meminisse Christianos decet.

PRÆCOX MATURITAS
VIRI-JUVENIS
CLARISSIMI ATQUE EDECVMATISSIMI
DN. JOH. JACOBI
THURMII,
AUGUST. AA. LL. M. ET SS. THEO-
SOPHIE CAND.

A 5

In

In ipso ætatis flore & suscep^{tæ} peregrinationis Literariæ cursu , Anno 1669. d. 7.

Aug. Lugduni Batavorum beatè defuncti;

DELINEATA

à THEOPHILO SPIZELIO,

M D C L X X .

(Symb. B. J. J. Thurmi.)

IN JESU TRIUMPHO !

QUAM anteaëtæ Ætati haud abs re concedimus exquisitæ miræque fecunditatis laudem, quod JUVENES produxerit summis ingenii viribus conspicuos, ipsiisque adeo Senibus virtutis pariter ac eruditioñis elo^gio æqviparandos ; * Eam huic quoq^{ue} a^{vo} tribuendam

* *Mirum sane est, quod de Avicenna Sorsanus ejus discipulus in Vitæ hisp. scribit, eum scil. puerum admodum, anno ætatis X. tam luculentum ingenii specimen Preceptoribus dedisse, ut omnibus esset miraculo, qvippe Alcoranum memoria tenebat, & reliquas disciplinas, per se nullo usus Magistro, sed assiduo labore & perpetuis vigiliis, & summa animi contentione, ante ætatis annum VIII. & IX. didicerat. Sic ipsum Augustinum legimus anno et. XII. & Theoricos & Logicos Aristotelis libros optimè intellexisse, multorumq^{ue} errores monumentis scriptis confutasse.*

dam esse fatebitur , quisqvis præcœdem quorundam nostræ ætatis hominum Sapientiam consideraverit , ac magistrâ didicerit experientia , Naturam Senectute neutri- qvam effetam esse & desatigatam , sed pristina potius (Summi Illius Rerum Arbitri beneficio) pollere facultate , taliaqve hodiernum producere juvenum ingenia . qvæ ipsi prudentiæ virtutique Virili maximam extorquere soleant admirationem . An non Avorum memoriâ Joannes Pi- cius vigefimo ætatis anno , Conclusiones nongentas in omni

sutasse . Praeclara etiam sunt , que de Origine adhuc puero narrat Eusebius Lib . VI . Hist . Eccles . c . 2 . Demosthenes annum agens XXV . Rempublicam capessere , concionesq ; habere capít . Nerva quoque J . C . Nerve F . ut habeat Ulpianus , de jure magna cum laude anno XVIII . respondit . Anno et . XIX . L . Crassus C . Car- bonem ; uno & vicefimo Cæsar Dolabellam ; altero & vicefimo Afinius Pollio C . Catonem ; non multò etate antecedens Calpus Vatinium , iis orationibus infsecuti sunt , quas hodiè cum admiratione legimus , ait Messala apud Quintilianum de Orat . Dial . Nicolaus Heliotus (ut tradit Gabr . Nauclerus in Panegyri de Antiq . & Dignit . Scholæ Mediceæ Parïs . p . 3 .) viginti circiter annos natus , in Aula Navarraea dispu- tans anno MCCC XLIII . Philosophus , Medicus , Juris utriusq ; prudens , Theologus , Linguarum peritus , artium omnium tum liberalium tum mechanicarum sciens , cum summa admira- tione Academæ Parisiensis compertus est .

omni scientiarum genere , ex Græcorum Latinorum ,
Hebræorum , Chaldaeorum , Arabumqve arcanis decerptas
Romæ disputandas proposuit ? Et Jacobus Mazzoniūs
de omnibus Scientiis Theoremata , qvæstionibus quin-
que millibus centum & nonaginta septem distincta , Bo-
noniaꝝ etatis vigesimo secundo exhibuit discutienda ?
Et Paulus Scalichius eodem etatis anno , mille qvingen-
tas quadraginta tres propositiones in omnibus Scientiis
apud eandem Civitatem ? An non Qvirinus (ut Lib. de
Virgilii Culice & Terentii fabulis refert Petrus Bembus)
magno hominum concursu , magnaꝝ Urbis admirâ-
tione , qvatuor millibus & qvingentis illis à se in Philo-
sophia propositis sententiis , omnium omnis disciplinæ
Philosophorum impetus pene puer summa cum gloria
fusimuit ? An non Jacobus Critonius * Scotus ante vi-
gesimum primum etatis annum decem Lingvarum ,
multorum idiomatum , omniumqve disciplinarum ade-
ptus est cognitionem ? Quid , qvod Hugo Grotius anno

etata-

* Hic est Critonius ille Scotus (ita Job. Imperialis
in Museo Histor. fol. 241.) transæli dudum se-
culi monstrum , prodigioso nature opificis conatu
editum . Hic est rotius adhuc Orbis judicio
Phœnix habitus ingeniorum . - Quid humanum
magis exsuperans cæptum , quam vigesimo pri-
mo etatis anno decem Lingvarum peritia , nec
non Philosophia Mathematicæ , Theologie
mitiorum artium , ceterarumq; omnium disci-
plinarum apicibus præstítisse : - En sacri celsissi-
mæ originis impetus , qvibus pares nulla tem-
porum memoria , præterquam in Pico Miran-
dula vix invenias . Nec minus de Jacobo Mazzo-
nio idem Imperialis p. 237. egregia prodidit .

ætatis decimo quinto insigne Martiani Capellæ opus Notis suis tersum & ab innumeris mendis emaculatum in lucem emiserit ; & Josephus Scaliger minor annorum XVII. Oedipum confecerit tragœdiam , in quam tantum non omnia ornamenta Poëtica , & verborum delectum impenderat . Sic etiam Barclajus admodum juvenis Euphorionem suum produxit ; Nicolaus Rigaltius anno ætatis decimo septimo Funus Parasiticum ; & Salmassius vigesimo , versionem Stephani de Urbibus , cum notis ad eum eruditissimis paratam editioni habuit . Nam eti (uti præclare Scb. Foxius de Juventute ratiocinatur) par Seni atque Juveni peritia rerum insit , majus est tamen in hoc quam in illo ingenii acumen . Qvod auget prudentiam , quia Senex ut est effeta iam ætate , ira ingenio quoque imbecilli . At ardens est Juventus & leví quoque appetitus impetu rapitur . Inter cætera autem præclara Juvenum ingenia , quæ nostris inclinare temporibus , ipsique interdum Senibus eruditissimam palmar feceo dubiam , non minimum locum hæc ipsa ætate occupavit . Vir-Juvenis gente pariter ac mente præclarissimus JOANNES JACOBUS THURMIUS , A.L. M. & SS. Theologiæ Candidatus , qui tam subtili & feraci prædictus fuit ingenio , tam rara Virtute ornatus & Eruditione , ut maximis quibusve Viris evaserit admirationi ; ast cuius Præcoem Maturitatem , præcox eheu ! tristisque fatum exceptit , in ipso quippe ætatis flore , ac suscepit peregrinationis Literaria cursu Lugduni Batavorum morte præmatura extinctus , & Beatae consecratus æternitati . Nature legem implevit , cum vivendo vigiliūm ætatis annum vix explevisset . Quandoquidem vero præclara Virtutis etiam Juvenilis exempla à variis prodita sint atque consignata , imo generofam imitandi necessitatem nondum adultis animis imponere credantur ; igitur JOHANNIS JACOBI THURMII , Sangynis & Amoris vinculo mihi an- te hac

telac conjunctissimi. nunc Coelestis Academias Alumni, prima media & ultima breviter in literas mittere constitui, non quasi inculti sermonis mei munere ab omnimoda eum vindicare velim obliuione, sed ut ea, quæ miranda in illo fuerunt justè prædicentur, laudenturque, quæ vero imitanda, omnibus sincerae Virtutis & Eruditionis Cultoribus in ipso ætatis flore etiamnum constitutis proponantur.

Ac Patria qvidem sive Natale solum, qvod lachrymulis atque ejularibus suis (qui primus tenellulorum sermunculus) consalutavit, est toto Orbe celebratissima & elegantissima nostra AUGUSTA, quæ sicut è sinu suo complures protulit. Viros eruditos & celebres, XISTUM BETULEUM, GEORGIUM MYLIUM, JOH. FORSTERUM, GUIL. XYLANDRUM, MARCUM WELSERUM, DAVIDEM HOESCHELUM, MARQUARDUM FREHERUM, ADOLPHUM OCCONEM, CONRADUM PEUTINGERUM, JACOBUM REHINGUM, THOMAM WEGELINUM, CONRADUM KIRCHERUM, GEORGIUM REMUM, ELIAM EHINGERUM, GEORGIUM ALBERTUM, MARGUM BANZERUM, JOHANNEM MAIERUM aliosqve plurimos; ita NOSTER de quo dicere instituimus, JOH. JACOBUS THURMIUS (licet non comparandus forte prioribus, attamen comparabilis, nisi Parcae minime parca vita filum subito abrupisset,) in splendida hæc & Imperiali Civitate vivere id est plorare incepit anno supra millesimum & sexagesimum quadragesimo nono, tempore admodum felici, & Ecclesiæ pariter ac Reipublicæ nostræ ob restitutam Libertatem ac Religionem exoptatissimo. Patrem illi Natura dedit nomine pariter ac omniē egregium, DN. CHRISTIANUM THURMIUS, Virum pietate candore & dexteritate singulari conspicuum, Mercatorem maxime celebratum, nec animi minus quam fortunæ bonis divina prædictum benigni-

nigitate ; Matrem verò JACOBINAM , ex MILLE-
RORUM spectata familia progenitam , Matronam mo-
ratisimam & devotissimam . Hi felicissimi Conjuges illu-
stre Pietatis documentum in eo dederunt , qvod istas Con-
jugii sui Primitias statim Divino consecraverint servitio ,
Ecclesiæque Christianæ dicantur emolumento , ad Magnæ
scil . Monicæ exemplum ; qre cum filium suum Augu-
stiniutum utero gestare vito sepius renovatis eum Reli-
gioni Christianæ ac Divine gloria obsequio dedicavit ,
uti id ipsemet testatur , dicens , qvod jam tum in utero
matris agens , Salem Dei degustarit ; quemadmodum
& Theodoretum Deo ante conceptum à Matre donatum ,
& Bernardum statim post partum manibus maternis illi
oblatum fuisse accepimus . Utinam egregia hæc Paren-
tes Christiani premerent vestigia , atque fructus ventris
sui , etiam antequam in lucem edantur Divinæ Majestati
offerre disserent ! Qyamvis enim is quoqve in prisca
Ecclesia Magni Chrysostomi elogium sit consecutus ,
quem Mater Anthusa omni cōnatū à sacro avocare ten-
tavit studio , nec sine lamentis seculo arctius implicare
constituit ; abunde tamen constat , Deum nullo non tem-
pore Sacras filiorum oblationes benignè admisisse , qvin-
imò egregia semper Spiritus S. organa eos evaluisse , qui vel
ante , vel post partum Deo à Parentibus fidelibus sunt con-
secrati . *Ex hæc itaqve femente sacra cum primum Thur-
mius

* Video plerosq; Parentes (ita nuper Insignis Theol.
D. P. I. Spenerus ad me scribebat) qui Sacris
studis liberos suos dicant , neutiquam hoc facere
pio zelo , ut nimirum divinum Regnum strenue
promoveant , & animose hoc agentes , Mundi
in se & suos odia , qvod propemodum necessa-
rium consequens est , concident : sed ut in certo

mius noster pullularēt, spem qvoqve segetis in herbā signifi-
cāit eximiam, nec postea elusit. Ipso pueritiae exor-
dio vegetum, acre, & non minus strenuum emicare cō-
cepit ingenium, ad literas aptum, atque incitatum, divi-
no qvodam impulsu ad sacra rapi, qvæqve honestiora
eſſent, licet eadem difficultiora ſectari, id denique agere
unicē, qvqd ageret. Itaque Parentis optimus, cum na-
tivis micare radiis infigēnem filii ſui īndolem animadver-
teret, nulli parebat ſumptuū nulli labore, per ſe, per
alios puerum instruebat monitis, atque ſalutaribus eru-
diebat præceptis. Hanc filiū ſe curam & pietatem
grato agnōvis pectore, ac manu testatam eſſe voluit
propria, in hunc ſenſum: *Parentes nullis ſumptibus in*
me

S & quidem honoratori, etiam in ſeculo ſtatū,
vitam, quam ipsi putant, tranquillam agant,
imò aliquando ſuis honori. & commodo ſint.
Ita carnalis eſt ferè prima intentio, etiam ſepe
apud homines alioqvi non malos. -- Hęc in-
tentio mature puerorum animis imprimitur,
deſtinari eos ſacris muneribus, imprimis ante
oculos poſitus illis, que præ ceteris fulgent; atq;
itz primus qvi in ſtudium Theologicum amor
conciliatur, in teneris animis, niritur propriis
commodis & honore, qvæ intentio poſtea plera-
que non peggimè alias procedentia misere cor-
rumpit. Affectus enim ipſos occupat, ut qvī-
quid dein in ſtudiis fufciant, plerumqve ante
oculos ſit non tam Deo & proximo vera di-
lectione ſerviendi, quam inter aliis emergendi,
ſuisq; rebus quam fieri queat commodiffimè pro-
piciendi ſtudium.

*me sustentando gravati, cum viderent bonam de messem
concipi posse.* Neque h̄ic solum, sed clarissim alibi & di-
fertius animi sui gratitudinem optimis declaravit Paren-
tibus, qvorum præclaræ sollicitudini accessit ad omnem
obedientiam & diligentiam compositus Filii animus,
ingenium valde promptum, capax, expeditum, memo-
ria stupenda firmaqve, mens inter puerilia studia minime
puerilis, eaque bonitate instruta, ut egregiam Magistris
suis omnibus de se impresserit expectationem, utque ad-
mirari magis hunc puerum cœperint, quam docere, &
observatâ ejus præstantia, miris illum summisqve nota-
verint auguriis. Conspiciebantur indies aliæ exquisiti
animi dotes, qvibus tantam adjunxit laboris assidui con-
ventionem ac industriam, ut commilitonibus suis exem-
plum præbuerit diligentiae & regulam accuratisunam,
qvanto fervore animus incumbere debeat literis, &
qvanta prorumpere animositate. Quid, qvod ex ipso
adspetru præclara ejus eluxerit indoles, pretiosus item
Gratiarum labor, amoris illex, & cordium magnes,
satisqve apparuerit, quantopere sciti corporis decorem
pulchrior longe anima exsuperaret. Mores etiam appri-
mè erant composti, & faves, ut facilè omnes in sui
amore pelliceret, tantusqve in ore lepor, in alloqvio
favitas, atque in tota morum forma delitiae, ut nemo
Thurmium etiamnum puerum cerneret, qvi tenero qvo-
dam benignitatis cultu blandientem illam pubertatem
non prosequeretur. Et ita inter pueros excellebat, qvì
aliqvando inter Viros excelluisse, ni SS. Numinis nutu
Cœlestis excellentiae culmen jam attigisset. Ingeniosos
condiscipulos diligentia vinebat, & ingenio diligentes,
ac natu maiores, qviqve priores Ludum literarum fre-
quentaverant, longo post se reliquerat intervallo. Proxi-
mis pueritiae annis aciores ei faces addebant optimi Prä-
ceptorum, qvibus Patens charum hoc pectus pietate, arti-
bus & disciplinis h̄ic tradidit imbuendum, qvibusqve

tam acceptus fuit qvam acceptissimus , literis pariter ac
 moribus apprimè commendatus . Nec minus stupenda
 ingenii felicitate præditus , in Scholâ hacce Patria , (qvam
 tunc regebat , ut & adhuc Vir Rev. & Praeclarissimus
 DN. M. MATTHIAS WILHELMUS , de Re nostra Scho-
 lastica longè meritissimus ,) jactis solidæ pietatis funda-
 mentis , primo artem addidicit Grammaticam , & Lin-
 guas Latinam & Græcam , atque utramque sub Clarissi-
 mis Ludi nostri moderatöribus DN. M. JOH. CROPHIO ,
 nunc Collegii Evangelico-Aug. Ephoro dignissimo , &
 DN. M. NARCISSO RALUNERO tanta excoluit felici-
 tate , ac si ex ipso Latio & Græcia ortum suum tra-
 xisset . Auctores optimè intellexit & explicavit , & qvæ
 intricata etiam ac abscondita , egregiè est asscutus , qvin
 imò similem Authorum elegautiam calamo studiosissimè
 expreslit , & optimi pictoris instar imaginem con fecit
 elegantissimam , in qva nihil desiderari potuit , nisi locus ,
 Roma aut Latium . Qvoties solenni conspectui , publi-
 cove Auditorio sistebarunt divitiae adolescentis literariae ,
 & eloquentia uberrima , terfa , fructuosa ; Qvoties in
 Gymnasio pariter ac Collegio nostro B. DN. JOH.
 STEUDNERI auspiciis , Thurmius non solum Orator
 prodiit , verum etiam Poëta , in verbis non minus ele-
 gans , qvam circumspetus , in connexionibus accuratus ,
 in elocutione & actione gravis . vividus & verè admira-
 bilis . Hinc factum est , ut intra paucos annos huma-
 niorum literarum sacris defunctus , dignus censeretur ,
 vix quatuordecim annos natus , qvi ad publicam Aca-
 demiæ lucem promoveretur , ad eamqve ex umbra tran-
 siret Scholastica . LIPSIAM itaqve illud omnigenæ Erudi-
 tionis Sacrum , tum optimi Parentis nutu , tum
 Fautorum & Amicorum consilio , tum meo etiam svasu
 elegit , ac ita accesit , ut comitem adduceret animum
 discendi cupidum , qvem Pietas & verecundia juvenilis
 tam egregie gubernarunt , ne inde à Libertate Acade-
 mica ,

mica, hinc à præsumtione & arrogantia abductus, ad avia diverteret. Qvin imò eâ lege Lipsiam (depositis licet pueritiae tyrocinii,) adiit, ut nuntium repudii neuti-
quam mitteret studiis humanioribus, Linguisqve qvà
palliate sive Græcæ, qvà togatae, sive Latinæ, qvibus
duabus cardinalibus Linguis in Cruce Domini sanctifica-
tis, adjecit tertiae Lingvæ, scil. Hebrææ studium, illius
quidem ductu, cuius fidei & Benevolentiae literis meis
sollicitè erat commendatus, VIRI Admodum Rev. Amplissimi & Excellentissimi DN. L. JOH. BENEDICTI
CARPZOVI, S. Lingv. P. P. celeberrimi, & Eccle-
siastæ Lipsiensis vigilissimi. A qvo Insigni & ad
summa qvæqve nato Viro non hospitio solum benignè
exceptus, verum omnigenæ eruditioñis supellecile est
ornatus, egregio item Magni & incomparabilis Theo-
logi D. MARTINI GEIERI, Summi Sacrorum Lipsien-
sium (tum temporis) Antistitis favore sublevatus, qvo
lampada præferente, Carpzovioqve institutore tantos in
Sacra cum primis Philologia fecit progressus, cùqve jecit
harum Literarum fundamenta, ut sine punctis Biblia
legeret Hebraica, & ad ipsa tandem Rabbinorum acce-
deret penetralia. Avorum memoria, qvi utramqve
Lingvam didicisset, n̄ ille doctissimus ab omnibus est
habitus; Noster verò ultra aspirabat, nec sufficere Viro
eleganti, futuroqve Theologo credebat Romanæ Græ-
cæqve eruditioñis Thesauros, n̄ Sacrosancti etiam elo-
quii copias sibi compararet. Mox ad Artium studia &
Philosophiam animum applicuit. non barbaram illam
atqve horridam, sed ingenuam atqve liberalem, qvæ
ex Aristotelis limpidissimis hauritur fontibus, Doctori-
bus usus qvæ publicè qva privatim excellentissimis &
celeberrimis, D. JOH. ADAMO SCHERZERO, D. FRI-
DERICO RAPPOLTO, CHRISTIANO FRIDERICO
FRANCKENSTEINIO, JACOBO THOMASIO, & L.
VALENTINO ALBERTI, splendidissimis Academiæ
Lipsien-

Lipsiensis Luminibus, Orbisqve Saxonici pariter ac Literati universi ornamenti, qvorum sollicita cura sic sacra fecit Philosophiae, ut expectatione citius ad utramque lauream, vix tribus lustris major, aspiraverit. Tum verò magis magisqve privatim docendo pariter ac publicè disputando emersit felicissimum Thurmii ingenium, & qva aliunde haurire solent cæteri, ipsi sua sponte inciderunt. Subito ad omnia rapiebatur, variae eruditio[n]is abundabat copiâ, & Philosophorum argutias ita comprehendebat, ut ad cuncta admitti posse videretur. Fuit sic sedulus in ratiociniis, ut exquisisti Philosophi nomen tandem meruerit, rebus apprimè intentus, non factionibus addictus aut contentionibus, placidaq[ue] mente & doctrina philosophabatur, qvinimò Metaphysice, catholicæ illius primæq[ue] Philosophiae exquisitâ cognitione instruens, excitatisimo suo ingenio Naturalem ferè totam est perscrutatus, sibiq[ue] tam eleganter impresitus, ut Natura propemodum univerſe in mente sua verisimiliter gereret imaginem, qva de testantur varia ab eo Lipsiæ edita documenta publica, & exercitia non trivialia aut cruda, sed elaborata docta, subtilia, * qvaeq[ue] facile evincunt, cum accuratioris Philosophiae studio

* *Primam in Acad. Lipsiensi Disputationem de Anima Rationali sub Praesidio Viri Excell. & Celeb. D. Jacobi Thomasi habuit Anno 1665. Secundam, de Distinctione Potentiarum Animæ Rationalis, Intellectus & Voluntatis, & ab anima & inter se, ipse Thurmius Praeses & Author 1666. censuræ publicæ exposuit; Tertiam, seu Historico-Philosophicam Dissertationem de Modo proponendi Philosophiam Gentilium Poetarum per fabulas, itidem Praeses, anno eod. Quartam & quintam*

pr*

studio non leviter tinctum, sed penitus imbutum fuisse. Et ne quid omitteret, Arti quoque incubuit Historice, ac Venerandam Antiquitatem cum summa evolvit attentione. Nec sola Librorum nomina cognoscere, aut bibliopolæ potius quam studiosi munus obire, non indices tantum voluntare constituit, sed cum scriptorem arripiisset, non ante dimittebat, quam attente atque integrè perlegisset, & quamcunque in capedunculas literarii sui thesauri referenda judicaret, eā scitè sive citasset, sive descripsisset, quam ratione multa volumina, presso non suspenso velutio percurrit, atque sedulò perlustravit. Carus ante Scriptores alios Seneca ipsi erat, hunc in ulnis gerebat, in sinu fovebat, ejusque, propter summam sentientiarum copiam & gravitatem lectione mirificè capiebatur. Sed est aliud præterea quippiam, quo maximè adjutus, & difficultates omnes oppositas facile superavit, & palmam doctrinæ solida celeriter est consecutus; ORDO scilicet, & certa instituendorum studiorum ratio. Quod cum leve quiddam & exiguum prima fronte appareat, est tamen ejusmodi, ut omnis propemodum studiorum fructus ex eo uno pendere videatur. Ut enim absque acus nauticæ præsidio longinquam navigationem suscipere, nihil aliud est, quam ad certissimum naufragium properare; sic qui ordine ac methodo destituti, vastissimum illum artum & disci-

*pro loco in Inclita Fac. Philosophicâ obtinendo
de Differentiis Animæ Rationalis & Sensitivæ an.
1667. & 1668. eruditorum subjecit examini.
Sextam dentę de Apibus exercitationem Histo-
rico-Zoologicam eod. an. 1668. publicè propo-
suit, inq; omnibus ac singulis miram ac singu-
larem Rerum Philosophicarum prodidit cogni-
tionem.*

plinarum Oceanum ingrediuntur, ii nunquam sperare debent, se ad delideratum Sapientiae portum navem esse appulsuros. Ordinem itaque ordinatum hoc amavit ingenium, magnosque in litteris progressus fecit ex eo, quod studia sua non terheret & fortuito tractaverit, sed certa disposuerit ratione, nec desultoria quādam levitate per prolixum disciplinarum omnium campum decurrere voluerit. Solidior etiam Philosophiae practicæ cognitio intravit Thurmii animum, cum ad notandos hominum mores digitum intenderet, illiusque præcepta, vitâ pariter ac conversatione laudabili exprimeret. Sic itaque totius Philosophiae exquisitam adeptus est notitiam, & Præceptores Discipulum hunc suum dignissimum judicarunt, ad addicendam facultatem quam elegerat, & cui à Parentibus optimis ab incunabulis erat consecratus. Tandem igitur se totum ad Theosophiam composuit, omni virium nisu, & omni animi contentione ad Sacrum conversus est studium, idque à seria ad Deum Conversione, & Fidei ac Pietatis solidæ exercitio felicissimè est auspiciatus. Hoc etenim futuro Theologo valde necessarium reputabat, imò amplius aliquid ab excellentissimæ illius Doctrina Studio loquaciter sciebat, quam ab aliorum literarum cultoribus; Majori scil. imbutum esse debere PIETATĒ eum, qui Dei & Religio-
nis causam non sine fructu & emolumento aliquando agere constituerit; ne de Dei natura, ceterisque Fidei Christianæ capitibus doceat solum differat, sed Illius quoque observet voluntatem, vitam hanc inter preces, meditationes & lectiones Sacras consumat, id omni tempore agens quod vellet novissimè, omnia dicta factaque sua ad DEI gloriam & Ecclesiæ referat incrementum. Nec ignorabat pia Thurmii anima, SS. Theosophiaæ candidatum impigrum esse debere sui ipsius Superiorem, Divinoque ardore amore, quo efficiat, ut & alii dulcibus flammis & syayı hoc charitatis Cœlestis incendio inar-
descant.

descant. Ea propter nihil prius habuit noster , qvam plurima Fidei sanæ dare documenta , indolem præclarām , egregiosqve Spiritus Supremo Rerum Moderatori emancipare , sedulam autognosiaz studio navare operam , arcanos cordis sui recessus coram SS. Numine quotidiè aperire , riteqve pœnitendo DEUM accedere , ac Naturæ documenta secutus , qvæ humani cordis , in Pyramidis speciem conformati basin ad sublimia convertit , plerasqve cogitationes & affectus in cœlo reponere . Qvinimò animum ad res humanas obsfirmare cœperat , minus sentire de Mundo , animadvertere carnis imposturas , totumqve se Divinæ permittere providentiaz , cum vertu destinatoqve consilio , Deum seqyendi per omnia , quidqvad tandem evenerit . FIAT VOLUNTAS DOMINI ! hæc Christianam resignationem verè spirantia verba in ore habebat frequentissimè , & consignato à se peracta vitæ curriculo præscribebat . PIETATE igitur tanta (arte illa artium , & scientia scientiarum , qvæqve certam habet aternæ vitæ promisionem , & sine qvâ satius fuerit nunqvm vixisse , ne dum Theologiae operam dedisset ,) prædictus Thurmius noster , incredibilis brevi spatio in Sacro studio fecit progressus , neqve id à praxi , sive exercitiis exorsus est Concionatoriis , sed Dogmaticæ primum , dein Exegetica Theologiae fundamenta optimè posuit . Et ad priorem quidem (totam ferè in Disputatione positam , ad dogmatum Ecclesiasticorum veritatem adversus heterodoxos adstruendam ,) maxima sibi adjumenta ex sana comparaverat Philosophia ; ad posteriorem verò sive Exegeticam , egregia adminicula Sermonis Hebraici Græciqve non vulgaris peritia contulerat , qvibus præsidis munitus , in intimos & abditissimos qvosqve S. Theologie recessus , & Divinorum Voluminum sensus facile penetravit , præfertim cum insignem eruditæ conversationis palæstram nactus esset in ædibus Viri de Ecclesia Orthodoxa meritissimi

ac famigeratissimi, D. D. JOH. ADAMI SCHERZERI,
qui intimo Thurmium amore affectuque prosequebatur.
Sed etiam Vir Plur. Rev. & Amplissimus, Dominus L.
SIMON LÖFFLERUS, Chori Lipsiaci fulgentissima
gemma, in suam illum admirerat familiaritatem, quā
nescio an quicquam vel Ipse vel mihi quondam conti-
gerit felicius; in Illo etenim Viro, velut in quodam
fasciculo, Pietas eruditio, candor, omnigenaeque Vir-
tutis copia comprehenditur. Quid, quod & ceterorum
SS. Theologie in Academia & Ecclesia Lipsiensi Docto-
rum, utpote Magnifici D. HIERONYMI KRONMAYERI,
Præceptoris mei aeternum colendi, D. JOH. UDALRICI
MAYERI, Pastoris Thomani vigilantisissimi, D. G. CHR.
BOSII, L. THOMÆ STEGERI aliorumque oculos in
se converterit, qui quoties diligentissimum & arden-
tissimum hunc Juvenem viderint, faustissimo omne
ejus ingenium exornarunt. Non poterat itaque non
moleste illi accidere discessus ab Academia tam splen-
dida, à complexu tot insignium & celeberrimorum Viros
& quod caput est Doctorum fidelissimorum, discessit
tamen, & variis laboribus Academicis absolutis, ad revi-
sendam Patriam, charosque exosculandos Parentes se
totum composuit. Quam lata fuit AUGUSTA nostra?
quam hilares Parentes? quam excitata ad gaudium tota
Civitas Evangelica? Excepérunt illum omnes amore
summo, & Thurmius se ita statim exhibuit, ut omnium
in se converterit admirationem. Apportavit enim secum
instruictissimum pectus & expolitum, mores puerelli-
mos, os eloquens, prudens, eruditum, quæ omnia di-
tissimè instar illius Gregorii Thaumaturgi in Patria uti-
litatem acquisiverat. Nam iste Gregorius Tertii Seculi
venerandus Ecclesiæ Pater, quum in Juventute sua (Nyffen-
no teste) apud Magistrum Origenem justo tempore in
disciplinis perseverasset, multis detinentibus eum in solo
peregrino, rogantibusque ut apud ipsos maneret, Gre-
gorius

gorius reliquis omnibus eam terram præferendam ratus,
que*o* ipsum in lucem ediderat, in Patriam denuò est re-
verfus, varias Sapientiae & Scientiae dicitas, quas tan-
quam mercator quidam apud exterros comparaverat, in
vehens atque importans. Pari modo Thurmius inge-
nio ad suos redit instruissimo, mirandus Patriæ fuer
filius, & qui aliquando insigne ejus fieri debuisset decus
& ornamentum. Post redditum aliquantulum hic per-
manxit, & Sacro quodam Sermone, in Templo nostro pri-
mario habito, omnium provocavit admirationem, tum
varia nobilium colloquia miscuit literaria, & legendo
totum diem consumit. Ast cum neutiqvam ignoraret
eximia Lipsiæ suæ bona, eam denuò revisere constituit,
telam Theologicam strenuer continuaturus, & novo quo-
dam specimine inclyto Philosophorum Ordini sese com-
mendaturus. Mox sibi deesse deprehendit qvarundam
adhus lingvarum, Belgicæ cumprimis & Anglica cogni-
tionem, quas ut disceret est rectius de fructuosa quadam
ad Belgas & Anglos cogitavit peregrinatione; tandem
que Lipsiæ suæ supremum VALE dicens, Wittebergam
se contulit, Magnorum & celeberrimorum Virorum
D. ABRAHAMI CALOVII & D. ÆGIDI STRAUCHII
fama allectus, qui nobilissimæ huic Academiæ splendo-
rem hodier conciliant atque tueruntur. Abhinc Magde-
burgum abiit, de statu ejus loci Ecclesiastico intimius
cognoscando sollicitus, simul ut scientiam augeret
Helmstadiensem accessit Academiam, exceptusque est Am-
plissimi D. HERMANNI CONRINGII hospitio. Hinc
Arcem Wolfenbüttelensem profectus fuit, & incompara-
bilem illam ac vere AUGUSTAM lustravit Bibliothecam.
Inde peregrinatione suscepta nobilissimas inferioris Saxo-
niæ Civitates visit, & quicque notatu dignum, atten-
tis observavit oculis, nec minus eximios quosque Viros,
Brunswigæ D. BUCHOLZERUM, Hanoveræ D. GISE-
NIUM, Zellæ D. HILDEBRANDUM, Lunaburgi L.

SCHWENKIJUM, alibi alios studiose compellavit, & quæ cum iis crudita habuit colloquia indefessa manu consignavit. Hic scilicet fructus omnis bonæ est peregrinationis ; quid enim resert vidisse montes, eorumque cum vallis bus juga ? quid fluvios eorumque fontes ? quid Urbi um tresses & Magnatum palatia , hæc & hujusmodi vel feris innotescunt. At mores Hominum introspicere, Ecclesiæ & Reip. formam examinare, Gentis indolem cognoscere , Magnorum & Celeberrimorum Virorum pleniorum acquirere notitiam , & favorem sibi conciliare , unde doctior & prudentior domum redeas , hoc denum est Sapientis fructuosi , & talis proflus, qualem describit in ULYSSE fons ingeniorum Homerus. Quid, quod ipse sapientissimus Juvenis in literis ad Parentes memorialibus, Lipsiæ post se reliquit, & non nisi mors (ut inscriptio sonat) ejus redditum interverterit, recludendis , disertè testatus sit, se non illaudatâ quādam animi levitate aut vana curiositate agitatum, sed paulò solidioris scientiæ Theologicæ amore & studio captum istam suscepisse peregrinationem ; tum ut prudentiam acueret Christianam , & lingvas quasdam exoticas (Anglicam præsertim) addisceret , Viris in Ecclesia & Rep. literaria primariis innotesceret, quæque scitu notatuque digna pasim occurserent, sollicitè observaret,* quem etiam in finem peculiare adornavit Diarium, itinerariis (ut Ipse scri-

* Sed & alibi B. Thurmius suscepse peregrinationis fructum exposuit : Ea maximè (scribit in Praefat. dissert. de Ratione Bestiarum) sunt nunc peragenda, quorum causa peregrinationem instituimus, et quæ domi agere non licet, Colloquia puto cum Viris Doctis , eo , quo commoraris loco miscenda, Thesauri Bibliothecarum scrutandi;

Naturæ

scribebat) observationibus destinatum, eidemque devoti
Spiritus solidæque pietatis pienam precationem præfixit,
non hoc solum loco commemorandam, sed pasim jure
meritoque decantandam, Juventuti peregrinanti appri-
mè commendandam, imò nulli deinceps dandam obli-
vioni, est autem talis:

J E S U !

TE Peregrinationum mearum Duce rem Directo-
rem atq; sp̄itatem invoco. Fac , ut
quas in eo peregrinationes non sint infru-
ctuose, sed ut talia reperiām , q;e suo aliquando
tempore in salutem proximi, in usum veræ Ecclesie
impendere possim. Obfirma animum meum in sin-
cero tui amore , ut omnia mihi sordeant , q;e Tibi,
ut nullius rei me cupido invadat , per cuius possessio-
nem ex tuis me amplexibus ejiciam. Voluptatum
cum occasionem naētus fuero , fac ut earum contem-
pler faciem , non quā veniunt , sed qua abeunt ,
(Esa. XXXIII, 15.) obduc oculis meis nebulam ne
videant vanitatem, obdura aures meas , ne per eas
blandum anima mea irrepat exitium , tene pedes
meos ne faciles sint ad currendum in viis vanita-
tum , ne abdueant in præcipitia , rege dexteram
meam , ne vel ad poma vetita , vel ad perniciem
proxi-

Nature & Artis miracula non ubivis obvia
consideranda. Q;e post has ad secessum dan-
tur horæ, aliquando vix singulis , q;e obser-
vari merentur, annotandis sufficiunt.

proximi extendatur, da mihi in quacunq; societate
 cor saxeum, atq; molle; Saxeum qvod non persen-
 tiscat scandalos; voluptatum insultus; molle ta-
 men, atq; flexible, qvod ubi res tulerit miserum
 sublevare, & meliorem sibi formam induere percu-
 piat. Largire mihi Spiritum Humilitatis, qvo
 suffocetur crescens ob dona tua Superbia; largire
 mihi spiritum castitatis, qvo juvenilis præcipitan-
 tia coercedatur, & qvævis pellatur impuritas, largire
 spiritum mediocris diligentiae, qvo salutaribus do-
 ctrinæ cultior, evadat intellectus meus; spiritum
 sanctæ Prudentiae, ad cuius regulas omnes actiones
 mee expediantur, praesta, sin id Tibi gloriosum,
 mibiq; revera bonum fuerit, corpori Sanitatem,
 serva me absente Parentes, Praeceptores, Fratres,
 Sorores, Agnatos, Amicos; Benedictione Tua se-
 cundos redde Parentis labores, qvas dedisti be-
 nignè facultates serva, & sin bonum fuerit ampli-
 fica, sin autem paenit nostra sclera afficer volueris,
 quid Tuae misericordie, non quid delictorum nostrorum
 gravitati conveniat cogita, prosperas redde
 qvæso vias meas, dissipa pericula, Bonorum mihi
 Virorum favorem apud exterios arcana Tua dilectione
 concilia, qvorum conversatione vel doctior, vel me-
 lior fieri possim. Verbo, adesto Bone JESU mihi
 bonitate Tua semper & ubiq;, sic credo atq; confido,
 Tu ut fides mea fortis sit, facies, Amen.

Tam servidae igitur Orationis clypeo munitus Thur-
 mius noster, tamq; fido & benigno Achate, Salvatore
 JESU

JESU beatus, inchoati itineris cursum feliciter continua-
 vit, & post emensa viarum spatia Hamburgum salvus per-
 venit & incolmis, ubi nihil ei prius, quam ne in-
 dignus amicitia Virorum celeberrimorum ibi degen-
 tium videretur, cumprimitis D. ESDRÆ EZARDI, Viri
 (ut noster scripsit in Diario) in literis Hebraicis ac
 Rabbinicis veratissimi, & ubi in Sanctæ Lingvæ studio-
 sum inciderit, ad informandum æque ut inferviendum
 promptissimi; Hunc spectatissimi Domini HENNINGI
 LOCHAWII consilio saepe se convenisse' commemoravit,
 saluberrimam Gentis Judaicæ Conversionem meditantem,
 ejus spem ex plurimis Scripturæ locis conceperit, duo-
 que ad hunc scopum conseqvendum media commenda-
 verit; Informationem scil. Convertendorum, & Con-
 versorum sustentationem; Informationem verò non
 scriptam, quam Judæi plerunque aspernentur, sed orā-
 lem, per quam eoram convincantur, eamque gratis à se
 haec tenus suisque discipulis factam suisse, quinimò ipsam
 sustentationem certis pecuniæ summis, huic rei à Bonis
 Viris destinatis promovisse, qvibus conversi noviter Ju-
 dæi optimè fruantur. Egerrimè Thurmum à præcla-
 rissimi hujus Viri complexu discessisse existimo, discessit
 tamen, & perlustrata Lubecâ Rostochium adiit, ibique
 Insignium Virorum, D. AUGUSTI VARENII & D.
 HENRICI MüLLERI piâ & eruditâ conversatione est
 recreatus. Inde Kilonium profectus, egregios novi
 hujus Parnassi Germanici Doctores confalutavit, aliaque
 amanitate & celebritate commendata loca, Sleswigam
 Bremamque lustravit. Hinc præcipiti æstate anni su-
 perioris iter instituit in illam Terrarum hodiè felicissi-
 mam, BELGIUM confederatum. Groningæ & Fra-
 nequeræ luben: confexit Viros fama pridem cognitos,
 plurimos cum iis de rebus variis miscuit sermones, in-
 que Orbis totius tandem se contulit compendium, Am-
 stelodamum intelligo, ubi multos reperit, ut integros
 hone

honestosqve, ita præstantis eruditionis Viros, sed nullius ei gratiæ compellatio fuit quam J. A. COMENII, Senis fermè septuagenarii, ait nimii visionum ac revelationum recentiorum admiratoris. Nec minus ipsam Iudeorum noster ibi ingressus est Synagogam, & cum Ebræo quodam acrem cum de SS. Trinitatis mysterio, tum de Templi Secundi gloria habuit disputationem.* Observatis porrò variis Amstelodamensium moribus ac geniis, magnificis item Nosocomiis, Orphanotrophæis, aliisque ex Mercaturâ-Principum palatis, LUGDUNUM BATAVORUM peregrinationis longæ terminum constituit ac portum. Ast eheu! si humana respicias, quam infelicem! quam lucretiosum optimis parentibus! quanto naufragio illud *Caput Bona Spei*, jucundæ appellationis fuso illudens, calamitosum evasit ac *Periculofsum*. Jam pridem de edendo Lugduni aliquo laborum studiorumque fructu (eruditio nimirum de Ratione Brutorum meletemate) apud animum suum cogitare occuperat, verum ipsam

ibidem

* Illam negabat recutitus ex Adventu Messiae extimandam, sed ampliorem duntaxat fuisse Gloriam humanam, siquidem Templum alterum à Gentibus magis sit honoratum quam primum, impunè ab Ethniciis spoliatum ac profanatum. Verum valde appositi Thurmius; Id Templum pro gloriostiori habendum esse resonat, in quo plenior SS. Numinis extiterit gloria, eam vero in Templo priori (*ipsissima Thurmiani Diarii verba adscribo*) propter Urim & Tummim, Revelationum item perfectionem & frequentiam fuisse; Majorem itaque gloriam in Templo secundo nullam esse potuisse, nisi quæ ex voce & præsentia ipsius Filii Dei, seu Messiae manifestatione comparuerit.

ibidem Animam (licet haud invitus, ac Divinæ jam olim resignatus voluntati) emittere debuit. Sed anteambulone usus fuit Deus, morbo admodum gravi, febre scil. maligna, saltim habente aliquid de maligno, proximam cordis easantem anxietatem, cum notabilè virium defecū, qvi omnem spem restitutionis suffocavit. Non defuit tamen JACOBUS agonistæ solatio suo optimus Salvator, sed gratiæ sua amorisqve favonio syavissimo illum recreavit, eo præsertim tempore, quo (manu medica neqvicquam succurrente) morbus non tantum non minui, sed magis magisqve exasperari cœperat, & quo post luculentam Religionis fideiæ suæ professionem, IESU CHRISTI sacratissima Communione gavisus fuerat. Donec tandem ille sempiternæ Theosophiæ candidatus, in precibus fundendis plarimus, nec paucior ac parcior in solatiis coneatenandis, (qvæ arrestis auribus, erectioqve in Deum animo ex ore Ministri orthodoxi excepérat,) in Coelestem Academiam cōmigravit, & vitam hanc calamitatum montibus expositam, cum meliori & molliori commutavit, octavo à decubitu die, septimo Augulti, A. Æ. C. post millesimum & sexcentesimum sexagesimo nono, vix vicenario major.

Atque sic flos ille Eruditæ Juventutis, quo singuli delectabamur, ante maturitatis fructus emarcuit, spes nostræ ac vota de Thurmio concepta conciderunt. Parentum optimorum, Bonorumqve omnium delitiæ Lugduni Batavorum in D. Petri Templo jacent exanimata. Ingenium præclarissimum Orbi Eruditio, Ecclesiæ decus futurum; Familia ornementum incomparabile est surreptum. O quam luteos Fortuna, vertice aurea, habet pedes, testes mortalitatis! Quam acerbum mellea in speciem apis tandem figit aculeum! Verum ab hac querela ad plausum defuncti Manibus dandum me revocat communis vitæ, & ferè catholica Ecclesiæ Evan-

Evangelico - Catholicae calamitas. Plausum inquam Thurmio flagitant fluctus illi arroces & undæ immanes, qvæ Navem Christi passim circumdederunt, innumerorum item malorum procellæ, qvibus undique sumus exposti. O te felicem Thurmii beatissime! ô terque quaterque beatum! qvod ex ista misericordia valle divina benignitate evocatus sis ad beatam Paradisi viridaria! ô exitum Theosopho, & à teneris Numini consecrato homine dignissimum! Et cur quæsō non gaudeat (qvæ Ipsius Thurmii ad Reverendiss. D. D. GEIERUM verba qvondam suere consolatoria) qvod ex hocce servitio evaserit, libertatisque pileo ornatus, sublimiori rite vincula ista, qvibus omnes adstricti sumus, eludat. Qvis hifce perennis defunctum nostrum non beatissimum prædicat? excelsit sed tanta pericula evaserit. - Quantam sibi invidie molem Bone DEUS, quantam calumniarum piissimus Juvenis sibi attraxisset, quo eo magis illi timenderant, quoq; ingenio erat excelsiore, q; animo à corpore alieno, eo scil. seculo, quo virtus premis exornantur, q; virtus spreta jacet, parumque abest, qvin planè pedibus conculcetur. Invidie quidem onus ab iis sibi attraxisset, qvorum ad maiores aliorum virtutes oculi lippitudine suffundunter, q; qui secundi gradus patientes esse non possant. Calumniarum vero ab iis qvibus turpe est sine turpitudine vivere. Sine Invidie tam excellens ingenium, tanta pietate instructus animus, in humano consorrio vix flore potuisset, destrui id multi cupissent. Qvis hifce defuncti Thurmii verbis ritè perennis illum non prædicare felicissimum? Salve itaque beata anima jam Cœlitum Choro inserta! Salve supremæ AUGUSTISSMÆ que Patriæ decus, & Cœlestis Academiæ ornamentum, & qyanquam coram non adsis, qvicquid tamen in Te amavimus, aut mirati sumus manet, mansurumque est in Fautorum tuorum animis & Temporum ÆTERNITATE,

MEMO-

MEMORIA
CLARISSIMI VIRI,
ELIAE SCHEDEI,
CADA - BOHEMI,

P. L. C. & Juris Candidati , magno Bo-
norum omnium dolore placide ē
vita decedentis

ANNO M DC XLI.

Qvam sempiternam inter mortales , &
apud posteros esse jubent tot lucubratio-
nes , eruditio & virtus ,
conscripta

ā

STEPHANO HANE ;
Templi Cathedralis , qvod est Gustrovii ;
Ecclesiaste .

Non solum ex sacris divinarum litera-
rum pandectis novimus grata perhibendos
memoria esse eos , qvorum in Rep. provchenda ,
inque Scholis , & literis politioribus conser-
vandis , pium extitit propositum , & illustris diligentia :
sed etiam illud ipsum multi ex Philosophis Ethniciis na-
tura doctū , & rectæ rationis dictamine agnoverunt , & in
scriptis suis passim expresserunt . Horum numero jure
merito accensemus præstantissimum & clarissimum DN.
ELIAM SCHEDIUM , qvi in cā jam erat cogitatione ,
abso-

C

absoluto studiorum curriculo, ut publicis rebus gerendis cum laudis emolumento intercesset; sed heu! in ipso ætatis suæ flore flos ipse amenissimus & nobilissimus, qviq[ue] fragrantissimum plenis jam calathis de se odorem in orbe & ordine literario spargere cooperat, emarcuit, transiit, disparuit. Qvod si igitur humanitatis est, gravem, acerbumq[ue] casum miserari, & preposterae nimis qvæ properatæ mortalitatis vicem dolere: certè pietatis erit, hunc Virum Juvenem lugere, & fideli, perpetuæ qvæ voce eximia ingenii & doctrina monumenta celebrare, cujus in omni virtute perfectionis, morumq[ue] favissimorum qvoties recordamur, non possumus, qvæ parcarum saevitiam & fati legem accusemus, qvæ celeri nimis impetu cum Reipubl. commodis subtraxit. Virgilius Poëtarum Latinorum facile princeps, imò Rex, magni Scaligeri judicio, cum M. Marcelli junioris ex Octaviā Augusti forore filii præciduum obitum deplorare, & qvantum damni ejus deceſſu res Romana passa esset, indicare vellit, verbis ad illam calamitatēm describendam valde significantibus & emphaticis utitur, dum ita canit:

*Oſtendent terris hunc tantum FATA, neque ultra
Effe ſinent.*

Simili sane orationis formâ uti possumus in simili fato
vitæ brevis, & præproperæ mortis Visi Clariss: & Do-
ctiss: qvem optimis studiis juvandis atq[ue] propagandis
tantum oſtendit Deus, neque ultra effe ſivit. Scilicet
omne ſacrum mors importuna profanat; nihilq[ue] ſub
celo tam magnum reperitur, qvod immites parcarum
manūs effugere queat. Sola virtus eft, qvæ mortem non
reformidat, qvæ etiam in hoc Viro, omnigena erudi-
tione prædicto immortalis manet, ac manebit, cuius
fama, ut nec oblivione eorum qui hunc, nec reticentia
poſterorum inſepulta extet, paucis Vitæ ipſius laudatiſ-
ſimæ curriculum periodis includemus, ſed non niſi veriſi-
fima,

sima, omnibusque bonis notissima afferemus, ut, quod
debetur praeconium Virtuti, persolvatur, & emulatio in
generosis pectoribus hac commemoratione excitetur.
Tria autem ad quemlibet animi & doctrinæ habitum
requiri, testis Aristoteles, naturam videlicet, artem, &
usum, quibus tamen ut antecedat & comitetur divina
gratia necesse est. Ita ELIAS SCHEDIUS pia recorda-
tionis *euΦοιαν* post DEum, qui in utero corporis nostri
lineas, motum & statum format, acceptam refert patri
Dn. M. Georgio Schedio, solerissimo juventutis Infor-
matori, & Matri *Esterhae Taubnerin* / insigni pietae,
modestia & ceteris virtutibus femineo sexui convenien-
tibus ornatisimæ Matronæ. Avo gavisus fuit paterno,
Viro Clariss. Consultissimo & Literatissimo DN. ELIA
SCHEDIO, Lipsiensi, civi Glauchensi primario, Illustris
Generosissimique *Dn. Georgii*, Dynastæ Schönburgiaci,
Glauchæ. Greslizii, Peniciti, Waldenburgi, &c. Secre-
tario, ejusque ab obitu Viduae, Illustris Comitis à *Buda*
büß ad Invictiss. quondam Rodolphum II. Imper. glo-
riosissimæ memorie Legato. Avia paterna Dorothea, filia
Viri ampliss. & clariss. *Dn. Viti Netteri*, Aulæ Schön-
burgice primum Qyastoris: Tandem vero vitæ aulicæ
pertæsi, Illustris Scholæ Glauchensis Rectoris. Quod
enim munus Reipublicæ afferre majus, melius ve possiu-
mus, quam si docemus atque erudimus juventutem: His
præsertim moribus, atque temporibus, quibus ita pro-
lapsa est, ut omnium opibus resfrenanda atque coercen-
da sit? Qibus verbis ipse Tullius Orator Oratorum,
Politicus Politiorum & Consul Consulum celeberrimus
omnium se præceptorum ordini annumerat, nec ullos
bonarum artium Magistros non beatos putat in dialogo
de senectute, quamvis consenserint, atque descerint.
Sic præfatus Vir optimus Vitus Netterus maluit juven-
tutem erudire, & in Scholis modico stipendio vivere,
quam aulicos honores, & amplias dvitias aucupari: cre-
dit

didit etiam magnâ cum πληροφορίâ cælestem beneficiorum rorem in Scholastico pulvere sibi, suisque certissime ossulum iri, nec unquam defuturum, quo se suosque honeste ac frugaliter sustentet.

Avus Maternus fuit Vir Clariss. & Doctiss. *Dn. Thomas Teubner*, Sereniss. Electoris Saxoniæ, & incliti *Senatus Lipsiensis Geometra & Stereometra solertissimus*. Avia materna, *Anna*, Matrona honesta & primaria, Viri Excellentiss. Clariss. *Abrahami Risi von Staffelstein*/ Hæreditarii auff *Riesenborg* & trium Electorum Saxoniæ Mathematici filia, cuius pater fuit, *Adam Ries à Staffelstein* / Nobilis Francus, hæreditarius in *Riesenborg* ex logistica, quam divulgavit, satis celebris. Proavis ipsi Paternus fuit Vir Clariss. Eximius, & Experiensiss. *Dn. Georgius Schedius*, Sereniss. Saxonie *Johannis Friderici*, & *Mauritii* Electorum Archiater, civisque & Poliater Lipsiensis. Proavia paterna *Anna*, ex antiquissima Nobilitum *der Stanger* Familia oriunda.

Proavis Maternus Vir præclarus & Eximius *Dn. Thomas Taubner* / hæreditarius officinae Metallicæ in der Mittweide. Proavia Materna *Anna* Vira Nobilis, præclaris, & Eximia *Dn. Johannis Klingers* / Hæreditarius officinarum metallicarum zu Sachsenfeld / in der Hölle / und Bentfeld / Filia.

His Parentibus & Majoribus undeqvaque celeberrimis prognatus est noster pie defunctus XII. Junii, styli veteris, quem Julianum appellamus, circa 2 & 3 antelucanam, Anno Messiae mundo exhibiti post sedecim secula decimo quinto: postridie statim XIII. ejusdem fonte baptismatis salvifico lotus, & ita in album filiorum Dei relatus Cadæ, urbe Bohemorum Regia, ubi tum Pater Schole Lutheranæ, post impetratum a D. RUDOLPHO II. augustæ recordationis, sub utraque, ut vocant, Religionis exercitium noviter extructæ, Rectorem primum agebat. Summum sanè, & omni humana

manâ commendatione majus beneficium est, quo ex immensâ misericordia suâ Deus per augustinum, & omnibus numeris laudatissimum Imp. Bohemiam affectit, liberum nimurum religionis exercitium, & potestas extruendi templa, erigendi scholas, & propagandi veritatem Apostolicam diplomatibus ad id solemnitate conditis. Pro qua sacrorum libertate Bohemi immortales Deo atque optimo Cæsari gratias se debere fatentur. Recogitate enim paulisper superiora secula, quanto gaudio exultarint Bohemi, cum saltim crepusculum veritatis purioris per doctrinam Job. Hussi, & Hieron. Pragensis glorioſissimorum JESU Christi Martyrum oriri animadverterent? Mementote Concilii Constantiensis, quanto zelo tunc Bohemi claruerint; quam masculè & constanter coram toto mundo veritatem confessi fuerint, vimque prædictis Christi Confessoribus illatam vindicarint, & usum calicis τὸ δεῖπνον κυριακὸν adversus bullas Pontificum asseruerint; Jam ubi pleno sol iubare emersit, & clarissima dies universum Bohemiarum hemiphaerium illuminavit, qua non latitia? qua non gratitudo?

Ut primum oꝝ manuꝝ Ihesu fari ceperit, preces, principia Catechetica, & insigniora S. Scrip. dicta avidè imbibit. Postea, ubi legere incepit, rudimentis lingvarum & artium pro captu tenerioris istius ætatis fuit imbutus Comodoviæ urbe ad secundum lapidem Cadâ dilante, quo Pater legitime vocatus concederat, quod siebas Cal. Maii Anno 1618. qui annus Jubileum insecurus multis cælestis irâ signis ac prodigiis formidabilis, quo & belli fax è Bohemiâ erupit, toti Romano Imperio ac finitimis provinciis feralis, & dirns cometa rutilo crine in celo fulsit, iniqvitatì hominum supplicia denuncians, stupendum insuper, rarissimumque divinæ indignationis exemplum in Rhetia emicuit, quo rupes altissima Dei absissa manu Pluram oppidum uno momento ita obruit,

ut iecu oculi ad sesqvimille homines interirent, nec oppidi volâ, aut vestigio relieto.

Cum vero an. 1622. 29. Octob. Comodov. ingenti cum lamentatione incolarum templo & Scholâ clausis parentes furori Pontificiorum, adhibentium qvicquid fraudis, & artis reperiri poterat delendo ex animis hominum Christianismo puriori, cedentes ob Evangelii professionem solum vertere cogerentur: circa diem trium Regum, hic (qvod de Julo Virgilius habet,

*Dextræ Patris, & Matris se parvus ELIAS
(septennis)*

*Implicituit, sequiturq; Patrem non passibus eqvis
Ancille sequitur gestata Sororcula levâ
ESTHERA vix tum bimula) iter emensi per
frigora,*

Per nives profundissimas, ut opera rusticorum conducta opus haberent, qui viam aperirent, curribus transibilem Grappæ oppido sodinis flanneis, celeberrimo, velut in Patmo qvadam tota illa hyeme, & vere sequentis anni solius Dei commiseratione subsliterunt. Sic verae doctrinæ ejusque ingenuæ confessionis comes *ad diapælos* est crux, juxta effatum regii psalmographi: Credidi, propter qvod locutus sum: ego autem humiliatus sum valde. Verum ut aratio nihil detrimenti terræ affert: sed eam præparat ad excipiendum & fovendum semen: ita crux piis non est exitialis, sed affert exercitatis per eam fructus pacificos justitiae. Sicut etiam in officiis metallâ aut purgantur, aut probantur, aut ita molliuntur, ut conflari in vomeres, & alia instrumenta rei familiaris possint: Ita Deus pios duriter premit & exercet, probat & purgat ut fructum copiosum ferant, & ad functionem, qvam ipsis supremus laborum diribitor destinat, magis sint idonei.

Eft

*Est DEUS, in celo, qui providus omnia curat,
Fidentes nunquam deseruisse potest.*

Sed non tentatus qualia scit? Id quod etiam experti parentes nostri τέτοιον εὐλογίαν, ideò in omnibus suis periculis & persecutionibus Deum spem & columnen salutis suæ unicuum constituerunt, ejusque ultionem adversus calumnias & molitiones hostium imploraverunt, qui eos quoque nunquam deseruit, sed fugæ labores numeravit, & lachrymas urnâ reposas gratiosè servavit. Anno 1623. Parrem ab Illustriss. ac Reverendiss. Principe ac Domino Dn. HULDERICO HÆREDE Norvegia, Episcopo Sverin. Administratore &c. ad Rectoram scholæ Butzoviensis vocatum, noster piè defunctus itinere maximam partem navalí filialiter sine murmure seqvitur, fundamenta latinæ, Græcæ & Orientalium lingvarum medio-erter jecit, Studiumque, quod jačis feliciter fundamentis ingressus erat, in Scholâ Gustrovensi, quo Pater finito Butzovii integro sexennio minus uno die ad Rectoram Ducalis Gymnasiæ administrandem, ritè vocatus concederat die 23. Novembr. Anno 1629. strenuè & feliciter decurrere perrexit. Parens enim officiū sui memor filium hunc unicūm, in quo tam elegantis ingenii indicia, ac specimina, à primis statim crepundis se se exercent, verā pietate, qua omnis felicitatis basis, linguis & scientiis, quibus ad vitam & paternam virtutem imitandam, samamque æquandam excitari posset, quarumque usus in tota deinceps vita non exiguis esset, futurus, sedulo imbuendum curavit. Nec defuit huic curæ, optimique adolescentis conatibus successus. Nam cum aetatis annum ageret XII. eos jam fecerat in lingvis latinâ & græcâ progressus, ut latinos & græcos versus, Latinas & Græcas Orationes scriberet, quæ viris doctis adeò placuerunt, ut illum supra ætatem didicisse affequarent, omnibusque favoris ac benevolentia officiis

exciperent. Cum itaque studia, & labores ingenuos
 ἐν Φιέσταῖς esse videretur, & vena imprimis poetica
 in eo non solum eluceret: sed etiam excelleret, Anno
 ætatis XIV. Iliadem Dictis Cratensis, & Daretis Phry-
 gii XIV. Exilium Diomedis 24. libris, ultimo non com-
 pletio, Bellum Judaicum VI. Carmine Heroico absolvit
 adhuc puer: Anno sequente Arati phænomena Latino
 Carmine abs se redditia edidit.

Annum ætatis XVI. agens lingvæ Italicæ, qvæ
 suam elegantiam his Trium viris *Danti Aligerio*, *Franc.*
Petrarcha & *Joh. Bocatio* debet, fundamenta jecit sub
 Viro Clariss. *Dn. Romano Nicephori Corinthiaco-Græco*,
 qvi tota hieme cum conjugé Gallicā quidem, sed ē
 matre Corinthiâ oriundâ, subsistebat Gustroæ, &
 habitabat in aedificio Scholæ publicæ, hospitium ei pre-
 bente Scholâ. Docuerat hic Græcas literas Parisiis in
 annum XII. postea missus in qvibusdam negotiis ad prin-
 cipem qvendam Gallum, sed cum & Mittens paulo post
 diem suum obierit, princepsqve ille bellis implicatus
 fuerit, negotiū expeditio expiravit, ipse svafu aliorum
 Græcas literas Rostochi docere incepit, & ea occasione
 Gultrovium venit. Cæterum non possumus hinc non
 meminisse, qvid de pronunciatione Græcae Lingvæ vo-
 calium & diphthongorum sciscitus, Rever. Ministerio
 & *Dn. Rectori Scholæ* hic Nicephorus retulerit; vigore
 nempe in Græcia antiquum pronunciandi modum, qvi
 erat ubique, ante 50. & plures annos usitatus in omnibus
 Europæ locis. *Qvod significandum duximus contra*
novatores illos, Jovem lapidem jurantes, esse illam à
Græcis petitam. Qvamvis interim non negemus, esse
illam commodiorem propter scriptiōnēm, ne inter lo-
quendū vox una sumatur pro altera, cum multæ
voces ejusdem fermè soni, sed diversi significatus coincidant,
qvæ scriptiōne distinguuntur, & pronunciantur vel rictu diductiori, & tempore longiori, vel rictu
minus

minus diducto, & mōra brevi; sed non tam curiose & superstitionē pronunciare, quam accuratē & expeditē scribere & loqui juventus dicit. Hac nobiscum fatentur multi Viri graves, qvi etiamnum vivunt, partim mortalitatis exuvias exuerunt.

Hisce artium & sapientiae divinæ ac humanæ semi-nibus per sedulam institutionem à parentibus adeò feliciter acceptis, ut in utraque lingvā & ligata & soluta beatus noster SCHEDIUS animi sensa ad qvosvis usus expeditissime exprimeret, factus annorum XVII. Rostochium nobile Musarum & omnis eruditio[n]is emporium, doctissimisq[ue] in omni disciplinarum genere Viris abusq[ue] affluens Anno 1632. adiit, publicis lectionibus privatissimisq[ue] collegiis incredibili discendi studio interfuit, audiendo & disputando sub Viro cumpromis Reverendo, Eccell. & Clariss. Dn. Stephano Clotzio SS. Theologis D. nunc Generali totius Holstiae Superintendente se se exercuit. Seqente anno die 10. Juli aet. XVIII. à Viro Nobili Magnifice & Consultiss. Dn. GREGORIO Wimpf J. II. D. Sacri Lateranensis Palati, Aulaeque Cæsareæ, & Imperialis Consistorii Comite, Laureati Poëta Cæsarei absens, personam ejus sustinente Viro Clarissimo Dn. M. Martino Bambamio P. L. C. & Scholæ Stetinensis Senator: Correctore, titulum & privilegium nihil minus, quam de his cogitans, ne dum sperans accepit. Viderunt nimirum accurati ingeniorum estimatores, & agnoverunt in ipso venæ Poeticæ excellentiam, & alia dona, qvæ favore suo, & honore excitatum iverunt. Ita gloria virtutem seqvitur! Anno eodem, Augusto præcipite Hamburgum concessit, commendatione usus Viri perqvam Reverendi, Excellentiss. & Clariss. Dn. Joh. Quistorpii SS. Th. D. Facult. Senioris, nunc Superintendentis, & Preceptoratui Dn. Kiliani, adolescentis tunc 17. annorum, nunc Medicinae Doct. Clariss. Filii, Viri præstantissimi & Eximii Dn. Johannis Gartzii Mercatoris

C 5 inter-

inter primos primi, sesquiannum fideliter præfuit. Bonum ac fidum Pædagogum Morumque Magistrum agere est quidem sors valde laboriosa, sed tamen functio regno proxima, & qui rem facilem judicat gubernationem ejus ætatis, quæ vel domi, vel foris impetu quodam stultitiae & contumacia ad malum proclivis fertur, profecto imperitum vitæ, morumque se demonstrat. Hamburgi commoratus lingvam Gallicam addidicit, quæ elegantissima & omnium scientiarum capax esse creditur, & minore facilitate Hollandicam, ut quæ agnoscat Germanicam puram illam, & incorruptam matrem suam, ut tam in Italica, quam Gallica & Hollandica congrue sermonem cum aliis sociaret, & quicquid vellet, citra molestiam verteret, ac carmen mediocre scriberet. Circa Ver ad ultum Anni 1635. Hamburgo rediens non fuci instar mel ab apibus confectum absumerenati in laribus paternis latuit, aut deambulationibus genio velitavit, quod à plerisque fieri solet.

*Serpit humi pecus ignavum, & qui pondent terræ
Sunt, terram verrunt, jat quos agit igneus ardor.
Quos genius Cælo veniens illustrat, ad astra
Concedunt, summidæ petunt fastigia Olympi.
Regia avis sublime volat, solem inq[ui]d tuerit,
Nycticonax terris hæret, queritq[ui] tenebras,
Theristes nugas effutit, ludicra tractat.*

Talis desidiae proles, & vacunæ mysta non fuit ELIAS SCHEDIUS, qui à prima pueritia ad pietatem & bonas literas assuetus otium cane pejus & angue fugiebat, nec fieri potest, ut qui semel verè literarum dulcedinem degustarat, eas deserat. Cumque præ cæteris facultatibus superioribus Jurisprudentiæ amore caperetur, historiarum & antiquitatis omnis indagationi & cogitationi non περιέργως, sed ἐπιμελῶς infudavit, quod videret, nomen

nomen posse neminem inter Consultos Juris defendere,
 qui non acriter studio se se prius dedisset historico.
 Ægyptius ille sacerdos apud Platon. Græcos carpit,
 eosqve, qvod nulla vetustatis cognitione, nulla anti-
 quiorum temporum notitia, nulla denique senili scientia
 eorum animi essent imbuti, semper *Pueros* appellabat.
 Recte & sapienter. Ut enim pueri ob judicij ac mentis
 imbecillitatem hominem ab homine, rem a re distin-
 gvere non possunt: sic qui nullam rerum gestarum, nullam
 præteriorum seculorum animo comprehensam notionem
 tenent. Studium historiarum & antiquitatis non re-
 creandi solum & reficiendi animi causa traxiatur: sed &
 doctrinæ Juris multum lucis afferit, & salutaria in Rep.
 Consilia monstrat. Ideoqve noster ὁ οἰατευΦημηνε-
 νος historiam cum Juridicina felicissimè conjunxit, &
 non modo rerum gestarum, locorum, temporum de-
 scriptiones: sed etiam omnium causas, consilia, acta,
 eventa, circumstantias, cur qvid gestum, cur qvid
 omissum considerabat, omnes omnium gentium laudes
 & labes, mores & leges, ritus atqve Politias, regno-
 rum & plerarunqve civitatum ortus, ac incrementa,
 mutationes, omnes prope Regum, Principum, Comi-
 tum, Nobilium, ac Patriciorum genealogias indagare,
 & mira dexteritate memorare satagebat. Sacra cum-
 primis lectioni deditus cum videret, absente se à Dn.
 Parente unum atqve alterum actum Rhetoricum de
Josepho Ægypti Pro-Rege & Absolone ob fratricidium
 in Amnone commissum transfuga conscriptum, & pu-
 blicè in Schola spectatoribus claris & doctis exhibitum:
 tanto Davidicæ historia conscribenda desiderio æstuare
 cecepit, ut totam Davidis Regis Hebreorum pientiss. &
 laudatiss. sub titulo *Idea Boni Principis* vitam XI. libris,
 innumeris optimorum Autorum sententiis, variisqve ad
 modernum Sacri Imperii Romani statum collimantibus
 consiliis decoratam & resertam contexeret. Videns in-
 super,

super, multa promittere veteros Historiorum Codices ad indagationem, & conscriptionem Historiae Megalopurifica præter pauca quæ à variis de ANTYRIO *Alexandri M. Principe*, & stratégo monumenta umbratica non sine autorum illorum gloria deducta videbat, accinxit se illi historiæ conscribendæ, & si nulla aut sanè exigua videbat anteambulonum vestigia: operæ se pretium ratus facturum, si *Principum*, qvorum se alumnus cum Patre gratum ac devotum agnoscet, pro sapientia à primis inde originibus altius paulò dederet. Hinc vetustissimos qvosque Autores, qui hac de re aliquid veri videbantur pollicitari, diu, noctuqve evolvens, totam historicam Genealogiam germanicè in tres libros disposuit. Qvorum primus Archireges à Noæ posteris usqve ad Antyrium. Secundus Reges ab Antyrio ad ultimum usqve Brabislaum II, unâ cum Geneserico, Honorico, Guntamendo, Thrasimundo, Hilderico, Gilmero, Hispaniarum & Africæ rerum potentibus.

III. Dynastas & Duces. Opere hoc verè arduo & operoso cum Deo bono absolute Tractatum de Diis Germanorum, sive veteri Germanorum Religione. 4 Syngrammatibus, amulis omni antiquitati trispicit. Porro noster ὁ ἐν ἀγρίῳ Germanica lingvæ non usqve adeò διδοῖ erat, ut omni illam cura ac labore excolare studeret, maximè cum videret suam Italos Tuscanam, suam Gallos, inferiores Germania idiomia Clariss. *Heinsium*, & alios tanti facere, ut sacras pariter historias, & varia alia illis describere, & ad posteros transmittere non dubitent. Cur nos Germani vernacula lingvam non pari studio excolamus? cum hac aliis qvibusqve selectissimorum verborum splendore, pulcherrimis & admirandis periodorum ductibus, & universa orationis elegancia non cedat: Eam tamen ipsimet (ut converitur *Frid. Taubmannus* in eruditissimo in Culicem Virgil. Commentario, & *Matthias Bernegger*. Historiarum

riarum Professor Argentin. in Svetoniano Principum speculo) numeramus in postremisimis, nec excolimus non modò, sed exoticorum verborum non emblematis, sed inquinamentis ac sordibus sedamus, jam à Gallis, jam ab Italib; jam ab Hispanis mutuantes, qvod domi longè nascitur elegantius, horum hominum sinistritatem in suo quoqve Aristarcho multo sale perficit *Martini Opinius*, Germaniae Virgilius. Non ita in curiosus fuit noster p. m. qvi maternum idioma splendoris ac dignitatis plenum pari cum cæteris amore & ardore excoluit. Specimen hujus esse potest *Historia Antyri* supra memorati, versibus Alexandrinis Germanicis in modum Rülandi furentis conscripta, & 24 canilenis inclusa. Nec non 500 Sonnettæ ex Latinis & Græcis, D. item Heinsii & aliorum Poëtarum, hoc & superiori seculo clarorum scriptis depromptæ, & puritate germanica donatae, rhythmisqve solitis παρεπύως inclusæ. Sed hæc ab ejus obitu subitanè fraudulenter à qvodam plagiario sunt subductæ, qvī haud dubiè pro suis successu temporis non verebitur venditare, qvōd Catalogo librorum non essent in scriptæ. Qvæ furum pestis ubique freqvens est, & false notatur ab Horatio, in Celso, qvi aliena pro suis edere solebat. Hæc omnia, si fata permisissent, lucem olim lima adhibita videre, & Pöfescos studiosis pleraque à nemine antehac attentata inservire potuissent: nisi tot dierum, tot noctium labores unum momentum sustulisset imò longè plura ab admirabili ejus ingenio fuissent expectanda, nisi mors invidisset & interrupisset.

Tanta homines rerum in constantia versat!

In usum tamen posterioris seculi alumnorum à Dn. Pariente relecta, & à mendis in descriptione irrepentibus repurgata asservantur in scrinis sequentia opera:

Idea

Idea boni Principis
Tractatus de Diis Germanorum { Latinè in prosa
Genealogia Illustriss: Principum Megapolitanorum
Germanice in prosa III. Libris.
Antryius in 24 Gesängen/versibus Alexandrinis.
Accipanda Tragædia vario carminum genere.
Silva Carminum Latinorum, Germanorum,
Gallorum.
Discursus de Astris, Heroo Carmine.
Francés XII. libris heroo absolutiss. opus.
Lachrymae in honorem æternitatis Carm. herō ex Germanico Opitij.
Parodie sacra ex Odis aliquam multis Horatij & Catullimateria sacra adhibita extracte.
Zweene weyndächtliche teutsche Hymni.
Hymnus Veneris Teutsch cum Commentariis ex variis Græcis & Latinis autoribus.

Hæc ita quadriennio illo, & ante illud apud Parentem
 ἐν παρόδῳ, & quasi nihil præterea, in quo se exerceret,
 haberet, elucubravit, (quæ omnia tam eleganti doctrina,
 tantaque prudentia referta sunt, ut summos homines iis
 legendis se oblectasse constet) cum partem diei cujusque
 meliorem studio juris, cui se totum mancipaverat, conser-
 crasset, donec parentum auxilio & sumtibus in Acad-
 emiam Bregelianam d. 12. Jul. An. 1639. perveniret, ubi
 Disputationem I. habuit sub praesidio Viri Magnif. Am-
 pliss. Consult. Dn. Reinhold Deutschow / J. U. D. Publici
 & Primarii Profess. & p. t. Rectoris. Thema erat de
 patria potestate, d. 28. Sept. An. 1639. II. de Imperii
 hodierni Romano-Germanici Politica, sive Jure publico,
 praeside M. Wilhelmo Wizendorff / 26. Novembr. 1639.
 M.

III. Continentem σπιτηραφίαν universi juris feudalis iterum sub Dn. D. Reinholde Derschow / 7. Septembris.
Anno 1640.

Mores qvod attinet, erat in eo savitas quædam propè singularis. In conversatione eam adhibebat moderationem dictorum & saclorum, ut ubiunque esset, indies charior. & gravior esset, erat omnis fuci, omnis simulationis, ac sophistice capitalis hostis, ipse apertus, candidus, veri, rectique tenax, affectus sic poterat in gyrum rationis cogere, ac regere, ut per impotentiam animi raro quippiam admisisse sit deprehensus. Jocis delebatabantur & salibus, in quibus & animi & ingenii probi acumen eluceret: contrà longissimè aberat ab omni verborum obsecritate, & obtrectandi libidine, neque securilitatem ullam ferre poterat, nec mordaci perfrinxit carmine quenquam. Et quoties jucunditatē se dabat cum Amicis, temperantie, modestia, & sobrietatis fines, præcepti Apostolici memor, nunquam exceperat, statimqve ad seria fese referebat. Hinc omnium Professorum in Academia Regiomontana favorem promeruit, ut sibi liberum esset, cum gradu Magisterii non esset insignitus, habere Collegia privata.

Ceterum ut concludamus narrationem hanc Vitæ SCHEDIANÆ, paucis attingenit ipsius peregrinationes, quibus mirificè delebatatur. Sæpe enim confiderabat vulgatum illud: ὁ αὐτοδημιῶν ἀπειρος & βλέπει βλέπων, nec non illud Strabonis; ὅτι ἐν μεγάλῳ τιθεται, πολλῶν ἀνθρώπων ἴδειν ἄξει, και νοον γνῶναι; ideoque cum non legum saltim notitiā: sed rerum etiam magistra experientia sibi opus esse reuelūt intelligeret, iter Vilnanum in aestate anni 1640. suscepit, 13. dierum spatio absolvit; multis, quæ & civitatem & Regionem commendat, annotatis: imprimis de Aula Principis Razevili, templis Lutheranorum, Pontificiorum

rum, Calvinianorum & Tartarorum, Mahumeten colentium, nec non de Academia. Hoc desiderio imprimis felicem studio *Juris* coronidem imponendi æstuanti occasio subministrabatur, sine parentum sumptibus inter peregrinos vivere, & nomen ab externo clarius orbe possidere, qvod in parte felicitatis humanae non mediocri ponebat. Ex commendatione enim Viri Clariss. & Præstantiss. M. *Christiani Sintnedt* / Electoralium Alumnorum Inspectoris secundarii, post Archipresbyteri Raistenburgensis Ecclesiae, Du. *Jacobo Bierwolffo*, Patrio Regiomontano, genere & divitiis claro, studiorum moderator electus fuit, ut ipsum in jure, Politicis, Historicis & Philosophicis informaret. Hinc prædicabat penultimis ad parentem datis literis summi erga se & sua studia Numinis favorem ac benevolentiam, qva semper extremis parentum rebus, etiam exulantium affectus misericors, & benignissimus afflueret. Beneficio hujus itineris (qvod ultimum ipsi contigit) præterquam qvod Juris canonici & lingvæ Polonicae (qvæ Bohemicæ germana quasi filia dialecto saltim distinguitur) notitiam hac ratione uberiorem acqvire posset; olim ex reditu suo majorem ad parentes lætitiam redundaturam, qvæ mœroris molestias ex diurna absentia contractas levare posset. Hoc itaque proposito Anno 1641. d. 10. Jan. styli Litiani Regiomonti valedixit, mores & studia prædicti Dn. *Jacobi Bierwolffii* directurus, sibiqve ipsi & studiis consulturus in vetustissima Sarmatarum Academia. Moxque egressi limites Borussiæ Massoviâ peragrata, Warsoviæ, Urbe Poloniae Comitiis ibi tum habitis celebri, dum

*Ægoceri, Pueri Iliaci, Pisciumque measset
Signiferi auricomus Titan per frigida signa*

Mugiretque pecus rignis in vallibus ore.

*Permanere destinaverant, qvod maxima Palatinorum &
Maximatum*

Maximatum totius Regni Sarmatici pars congregata esset,
de rebus arduis consiliatura. Multa h̄c vidit, pleraque
notavit, sed tantillis literarum minutis, & ex festina-
tione nimia confactis scripta, ut à nemine, perinde
reliqua ejus meditata, legi possint, sibi, si diutius man-
tinetur inter vivos, profutura.

Sed dum ibi commoratur, præmatura & inopina,
sed placida *ἀπολύτη*, in medio laborum piè suscep-
torum flamine, ad eccelestem parriam, ubi vera qvies, &
perennitura gaudia, transit. Cum enim Amicis, qvibus
in communī ejusdem hospitiū cænaculo tempore vespertino
adfuerat, verba h̄c notabilia dixisset: Nullam sibi
lucem cælo affulsisse, qvam diu vivere ibi datum esset,
eujus horæ precibus destinata tanta abs se devotione
fuerint peractæ atqve illius; & postea sobria atqve in-
tegrā mente valedixisset, & ad somnum se compostris-
set, præter omnium exspectationem cā nocte, qvæ præ-
cessit d. 6. Non. Mart. Styli Veteris, XII. vero Novi
obdormivit in CHRISTO JESU Redemptore suo, &
mane in lecto manibus complicatis & compotis gestibus
exanimis inventus est. Solet omnium veritas ut pluri-
mum captari ex eventu; soletqve, si bona sunt, fieri
inspirante divino Numinе, ut, qvos Deo *απόρος δοκί-*
τως avocare visum est, eo ardenteres sint in precibus,
tunc maximè temporis, qvando clepsydram vitæ Mors
mox versura est, omnisqve postea sinistri de violenta
morte necatis qvid suspicandi *αφορεῖ* dematur. Et
qui posset non piè, placideqve obdormire, qui qvotidie
non intermisit, sive de lecto surgeret, sive ad somnum
accederet, ardenteris precibus atqve suppiris Deo se
commendare, qvibus & paratum se esse ad obsequium
quocunque temporis punto evocanti Deo præstandum,
ac indubitatâ spe & desiderio beatioris vitæ teneri vere
ostendit. *De repentina qvidem mortis genere varium*
solet

solet esse vulgi iudicium: sed non eorum, qui in Christi
 Schola sunt instituti, qui credunt, Deum singularium
 hominum curam gerere, qui scint, capillum non
 posse cadere circa voluntatem patris caelstis: qui per-
 svasi sunt, omnia credentibus cedere in bonum. Nec
 ille imparatus a morte opprimitur, qui sacris meditatio-
 nibus assidue deditus ad immortalitatem toto vita curri-
 culo adspiravit. Verè sententious Ethnicus. Vivere
 tota vita discendum est, & quod magis mirabeffis;
 tota vita dileendum est, Mori. Sive igitur inopia,
 sive fessura, lenta, vel violenta, aut quæcumque alia
 letiæ species sece offerat, non discriminat ex se æterni-
 tatis conditionem, atque extinctus bonam fere, aut
 malam fortuitur censuram, non prout ipse bonus aut
 malus fuerit, sed pro ut sunt, qui eos iudicant. Et
 quid maligni suspicaris de quæcumque fidelium excessu?
 Mala mors, afferente Augustino, censenda non est, quam
 pia vita præcessit, nec quo quis morbo aut morte, sed
 quo animo decedat, attendendum. Quo velocior migra-
 tio, eo felicior pils contingit. Et quia incerti sumus,
 quæ nos occasione mors expectet, omni eam prætole-
 mur occasione. Vitæ autem suæ curriculum quomodo
 noster Elias peregerit, ex iis, quæ hactenus retulimus,
 palam est, & quomodo illud τοῦ πάσου ἀνθρώποι
 κατεχαίνεται, exercuerit appareret, ex eo Jobi
 (c. 14. v. 7. 8. 9. 10.) Lignum habet spem, si præcisum
 fuerit rursum virescit, & rami ejus pullulant, &c:
 Quod dictum o manarijns, ut semper in corde, sic
 crebo in ore habuit.

Perinde etiam mox a discessu beate Sororis Esther, &
 quam peculiariter suo loco laudamus, cogitationes mor-
 tis subinde animo versans sibi in Biblis memorabilia ex
 eodem Jobo c. 14. 14. 15. 17. verba consignavit, de quibus,
 si naturæ concederet, sermo saebris sibi haberi petebat.
 Verba illa Dn. Patri ita reddere libuit metrice:

Dum

Dum mihi cum Sarana, cum carne, Orbisque
Colonis

Improbulis lis est; noctes suspiro diesque
Expectans, veniat dum transformatio. Fata
Optatam & reddant mihi sep̄ beata quietem,
Demq; tibi intrepidus responsa, citatus ab illo,
Æquo qui pulsat pede Regum inopumq; tabernas.

Nec me deficias tua opus Deus optime dextra,
Expediam, en pectus facilis tua iussa viciſſim.
Quin etiam in numero nostri gressusque viaque
Sunt Tibi, ne in seculorum molem tua lumina torque,
At teneris tua queis sapissime Numina laſi.
Crimina feda, tuum Nomen ter sancte JEHOVA,
Queis sep̄ offendit, collecta ligataque in unum
Fasciculum affervas, duro signata adamante,
Dilatam ut justo duplices tempore panam.

Diese hat eine hohe Fürstl. Persohn in diese Reimen versetzt:
Die bild/ O Mensch nicht ein/ daß du wirſt wieder
leben
In dieser Unruh hier. Ich täglich darin streben
Und ängstlich harren thu / bis die Verände-
rung

Komm' und ich nach dem Tod empfinde Ein-
derung.

Daſt du mich rufen wollſt aus diesen eiteln Leben/
Und ich mich willig mög in diſt Abscheiden geben.

Diſs Werk/ HERR deiner Hand du nicht
auſſchlagen wollſt/

Dann einen treuen Knecht du an mir finden
wollſt.

D 2

Du

Du hast dir meine Häng' auch gänzlich abgezehlet
Nicht merck auss meine Sünd' in dem ich offi-
fehlet.

Mein Übertretung du hast in ein Blindelein
Zusammen wohl verwahrt und drein geschlos-
sen ein

Bis du mich in der Zeit zur Straffe hast gezogen/
Wie alles von dir wär in deinen Naht erwogen.

Has cogitationes mortis semper piè secum meditatus
etiam tum, cum cymbam concenderet, Rostochium
petitus, hæc notabilia dixit: Nihil minus, quam
triste quid Parentes de me concipientes triste de obitu
nuncium capient: Ehe mein lieber Vater und Mutter ver-
meinen/ werden sie traurige Zeitung von meinen tödlichen
Hintritt vernehmen. Qui ergo tali homini obitus, ut
ut in oculis nostris videtur formidabilis & ominosus,
nocere potest, cui semper mors sicut ob oculos? Ita
amisimus, aut potius præmisimus ELIAM SCHEDIUM,
in quem Deus O. M. tam varia & egregia ingenii ac
sapientiae dona congesserat, amisimus Poëtam solidè
doctum, Philosophum eximium, Polyhistorem, eruditum,
& Candidatum Juris solertissimum, amisimus,
Florem in ipso suo flore nobilissimum, & fragrantissi-
mum, cum attigisset annum etatis XXVI. summis Poëtis
ominosum & fatalem, afferente Taubmanno, qui sic ad

J. Doufam.

Sex & viginti postquam consecimus annos

Incipit etatis scandulis ire gradus.

Novimus, egregio munitos corde Poetas

Atropos hōc vite precipitasse gradu.

Sed nihil hæc ad me, cui mensformidinis expers,

Tuta mibi vita est, tutibi, Douza, cave.

Siquidem

Siquidem ejusdem anni periodus abstulit Jacobum Sana-
zium, & quantum Virum & Lorham Bucholzerum:

*Qui nisi mors viridi juvenem rapuissest in aeo,
Haud minor Andino Vate futurus erat.*

Cujus tumulum Georg. Sabinus his hendecayllabis de-
coravit:

*Hic curis hominum jacet solutus,
Et vili tumulatus est arenâ
Lothus, pieridum decus sororum.
Qui cum imberbis adhuc ephesus esset.
Tam dulces elegos sonante lusit
Plectro tam faciles & elegantes,
It non inferior Poëta Cordo,
Vel Hesso vel Acontio fuissest,
Si maturius attiguissest exum;
O saevam nimis, invidamque parcam!
Quæ sic ante diem peremit, & quæ
Tantæ sustulit indolis Poetam!*

Quam graviter autem disseminata in opinati hujus casus
fama, & tristea mortis nuncium parentes φιλοσογό-
τάτες percusserit, & quæ animi consternatione ac per-
turbatione tristissimum hoc nuncium de insperato unici,
& oculissimi Filii sui obitu exceperint, qvivis pius facile
conicire potest, qvi non ignorat, qvid mutua illa
Parentum & liberorum σεργη in utramque partem
posit. Verba Hæmonis filii ad Patrem ex Antigone,
Sophoclis sunt ἀξιομνησέντα:

Τὶ γὰρ παῖδος θάλλου? Θεοί τέ τέκνοις
Ἄγαλμα μεῖζον, οὐ τὸ πρὸς παιδῶν πᾶτρι.

D 3

Hujus

Hujus doloris acerbitas qvanta sit, Poëtae exprimere voluerunt in Niobe, qvæ uno di pessis saevitiâ omnibus liberis orbata in lapidem conversa fngitur. Sacrarium verò literarum veritas in hoc calamitatis genere, Viros, & quidem sanctissimos, nobis proponit, videlicet *Jacobum* filii unice chari *Josephi* morte temere credita ita lugentem, ut consolationem omnem respueret, & *Davudem* in desperato filiali morbo humi per noctem stratum, & cibo prorsus abstinentem. *Absolonis* autem nece audiâ, ita se afflignantem, ut ne summa quidem injuria amorem ardantisimum extingere potuerit. Verum enim verò ut dolorem tum venerandi patris, tum mæfissima matris & incredibilem, & non injustum esse concedimus: ita à Niobes stupore & Hecuba in omnium liberorum cæde, ac Fremitu aduersus D'Em longè eosdem alienissimos esse scimus: *Jacobi* verò, & *Davidis* luctum *Jobi* patientiâ temperandum ac mitigandum esse, minime illos ignorare credimus, subinde illud expendentes: Justus si natura morte obierit, in quiete futurus est. Non enim qvæ longæva est senectus, honorata est, neque numero annorum multorum mensurata, sed prudenter hominibus est caritatis, & vita immaculata est senilis ætas &c. Et qvod D. Hieronymus dicit: Inter eum, qui decem vixit annis, & illum qui mille, post quam idem vitæ finis advenerit, & irrecusabilis necesitas, transactum dñe tantundem est, nisi qvod magis senex onus peccatorum fasce proficiscitur.

Desimant ergo mæfissimi Parentes, Filii sui morigeri, & optime morati crudam avulsionem lugere, qui se in scriptis, & doctissimis lucubrationibus orbi redivivum siflit, desinat morerere, qvod dulcisimi Filii oculos manu tua claudere, & supremum oris habitum excipere non potuerint, desinat domus ac familia sue orbitatem defiere, qvin potius divino acquiescentes beneplacito

Placito solatium cipient ex memoria maximarum Virtutum ejus, quas recensuimus, licet summa saltim rerum capita attigerimus. Quam acerbus etiam, & iustus omnibus doctis & bonis obitus Viri hujus eruditissimi, *καὶ εἰ παῦτι τῷ γνωστῷ* versatissimi extiterit, vel ex eo constat, quod corporis derelicti exuvias honeste in cœmetorio peregrinis pro constitutione istius loci destinato sepelierant; sed & alii alibi demortuum honorificentissimis epicediis in sempiternam nominis memoriam exornarunt. Nos quoque gratulamur illi de ista felicitate, in qua nunc, deposita mortali sarcina, ac superatis omnibus hujus vitæ peregrinationibus & molestiis, serenissimo ipsius Dei conspectu, & suavissima beatarum mentium conversatione, dilectissimeque sororis suæ *Esteræ* colloquio fruitur: in terris autem gratam ipsius memoriam, utpote de politiori literatura optimè meriti, grato animo conservabimus. Tu verò Pater misericordia, & fons omnis bonitatis, da unicuique nostrum cor, quod te cogitet, animum qui te diligit, mentem quæ te recolat, intellectum qui te intelligat, rationem, quæ tibi summa cum fiducia adhæreat. Et tandem cum transierint dies nostri, & decretoria periodus advenerit, animas nostras corporis ergastulo liberatas, & legibus humanæ servitutis solutas in gremium Abræ suscipe, & ante thronum Majestatis & gloria tua sistre, ut laudes tuas cum toto cælestium choro cantemus & celebremus seculis infinitis. Amen.

SETHUS CALVISIUS,

Chronologus & Musicus

Lipsiensis.

A 4

Rector

RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.

Clausit diem in his terris supremum
in verâ CHRISTI σωτηρίᾳ agnitione , ejus-
que nominis sanctissimi invocatiōne seriā atque
ardenti , Vir Eximius & Literatissimus , *Serbus*
Calvinius , Chori Musici Magister , ac Collega docen-
tium , in Scholâ Senatoria Thomanâ , meritissimus ;
suoq[ue] discessu ex hâc vita beato , non solum præsidio
insigni familiam ; sed & Rem literariam salutari Organo ,
& Scholam , Urbemque hanc ipsam , ornamento sin-
gulari nudatam , reliquit . Si quis enim est , qui levem
ducit hanc jacturam , quam in pië defuncto Republ.
fecit ; eum profectò vel non intelligere necesse est digni-
tatem necessitatemque nobilissimarum scientiarum Artium
que , qvibus ille antecelluit in vita ; vel labores illius
ignorare in hoc genere eruditissimos , qvibus nonsolum
morosis in nostra gente Aristarchis & Censoribus ; sed
etiam ingenii Nationum exterarum politissimis , satis-
fecit . Errant autem illi vehementer , qui Artes bonas &
literas usq[ue] adeò despiciunt habent , ut columnas socie-
tatis humanæ , Rerumq[ue] publicarum firmamenta , solos
eos arbitrentur , qui rebus communibus præfecti sunt
in vita civili , qviq[ue] operam in hoc genere salutarem
& utilem Reipubl. navant ; cæteros qvoscunq[ue] litera-
rum & sapientiae studiis , intra Scholarum & Acade-
miarum Pomœria , deditos parum existimant ad publicam
flibiliendam rem , firmandamq[ue] inter homines socie-
tatem , emolumenti ac roboris asserre .

Nesciunt illi , rivos omnis sapientiae politicæ , ex
hîsc manare fontibus : Nesciunt , hoc lumine scien-
tiarum & Artium (qvod olim sapientissimus ajebat Im-
perator) totum mundum illustrari . Nee dubium est ,
divinitus subinde excitari ac regi bona qvædam ingenia ,
ut

ut horum studiorum dulcedine capiantur ; & cum ad dignitates alios plerosque videant aspirare & emergere amplissimas , ipsi tamen in hoc , quamvis sperto , consenscere studiorum genere , & Deo hominumque utilitati , vel in imis subtiliis , servire malint. In hoc numero fuisse nostrum quoque CALVISIUM jam ~~manu~~
 p̄trū , notum nobis omnibus est. Hunc igitur , ut viventem , ob ingenii dona , meritò amavimus ; sic defunctum hoc tempore existimamus gratā & honorificā prosequendam memoriā , & tessificatione τῆς συρπτα-
 θείας Christianā atque sincerā , quam simul & muneris nostri ratio , & ipsa quoque pietas à nobis , & dilectio Christiana flagitat. Natus est ille (ut accepimus) in pago Gorsleben / prope Saxoburgum arcem Thuringiæ non ignobilem ; Anno Christi , supra Milleimum ,
 quingentesimum , sexto & quingagesimo , die XXI. M. Februarii Parentibus honestis quidem ac probis , sed non magna cum re , sicut de Ennio quoque alicubi Cicero meminit. Pater fuit JACOBUS Kalwitz / loci illius incola , vir bonus , q̄i , quoad vixit , rusticis operis se suosque laboriosis & difficulter , attamen honestè sustentavit : Mater Elisabetha Brumlin / honesta quoque fœmina , qvæ post Mariti obitum , ad puerperia iis in locis est adhibita feliciter , annos supra XXX. Ab hac Matre sua , cum morte præmatura Patrem amisisset , statim ab incunte ætate ad discendas bonas literas , & imbibenda religiosa pietatis initia , adhibitus est in patria : ac cum ingenio valeret , diligentiamque ipse adjungeret , brevi tempore profecit tantum in Iudo patrio , ut inde discendens , Grammaticè loquendi & scribendi facultatem qvalēcunq̄e , fane tolerabilem pro ætate , secum auferret. Imperatraverat enim hoc à Matre paupercula p̄iè defunctus , ut in Scholam qvampiam aliam , doctrinæ uberioris capessendæ gratia , mitteretur ; cum non decesserit inter-

rim, qui Arti cuidam manuariae ipsum declinarent. Primum vero Francofurtum venit, anno etatis XIII. cumque triennium ibi vixisset, Magdeburgum, quo utroque in loco, ob paupertatem, vitam alievandiu parce & duriter egit; donec tandem Musices usus, cum ostiatio cum æquivalentibus siipem colligeret, paulo se tolerabilius sustentaret.

Sic tamen usus est tum ea commoditate, ut non omne id, quod Musica daret, ventris statim ingluvie perderet: sed comparcendo & Genium defraudando suum, peculium in ea tenuitate consecit tantum, ut exacto Magdeburgi septenio, in Academia Julia, quæ est Helmsteti, semestre suis se sumptibus sustentare posset. Contulit vero se in Academiam illam, anno LXXIX. etatis XXIII. Sed altero statim anno in hanc concesit Academiam, ubi qvorandam intercessione brevi receperit in numerum Alumnorum illustrissima munificentia; & rursum in sequenti anno Repetentium (ut tum appellabantur) adscriptus ordini, & Cantionibus simul in æde Paulina praefectus est. Cumque hoc modo innotesceret in Academia singularis ipsius eruditio atque industria, vix iterum annus abiit, cum Reverendi Collegii Theologici commendatione, designatus est Cantor in illustri Schola Portensi ad Salam; anno nimurum LXXXII. M. Novembr. Huic muneri satis laborioso & molesto, præfuit annos fermè duodecim, ea fide & diligentia, ut in erudienda juventute Scholastica, suo loco, bonorum omnium expectationi satisfaceret. Publicavit in ea Schola *Melopeian*, ex veris Musice fundamentis exstructam, veluti primitias suorum laborum, quæ etiam multorum applausi exceptæ sunt; cum ea de re paucissima, & illa quidem minus scientiæ huic congruentia præcepta, id temporis extarent. Præter Artem vero Musicam, initia quoque Hebraicæ Linguae, in eadem Schola pie destitutus docuit; operamque etiam in eo genere

genera navavit discentium studii utilissimam. Sed cum maximè Historiarum Læctione delectaretur, simul animum ad Chronologię studium appulit; & quicquid temporis ab ordinariis laboribus reliquum ei fuit, id solum eò contulit, ut illius scientiæ fontes veros, ex *Josephi Scaligeri*, viri incomparabilis, eruditissimis libris, de emendatione temporum, hauriret. Cœpit ergo tum rudimenta ponere *Chronologici Operis* egregii, qvod postea consummatum h̄c Lipsie, non sine magna doctorum omnium approbatione, in lucem prodiit. Exacto denum in Schola Portensi undecennio, cum annisemisse, vocatus est ab Amplissimo hujus Urbis Senatu ad Chori Musici gubernationem in Schola Thomana, anno videlicet M. D. Nonagesimo quarto, M. Mayo. Qva in provincia jam annos supra XXI. eam probavit huic Urbi, in arte Musica, solertiam & industriam, Scholæ Thomanae in erudienda juventute, fidem atque diligentiam, toti denique literatorum ordini, in secretioribus præsertim Astronomia ac Chronologię studiis, ingenii acrimoniam judiciique dexteritatem; ut si pares aliquos in hoc genere, superiores sanè h̄c aero, perpaucos, habuisse videatur. Extant illius *Musica Exercitationes* diversæ ex solidis hujus scientiæ principiis deducæ; & partim ad tyrones in hac arte recte & solerter informandos, partim ad usum in vita privata, & publicis Ecclesiæ congregationibus egregie accommodatae. In his sunt *Bicinia sacra*, qvæ multorum in manibus versantur: *Cantiones item Ecclesiasticae*, IV. Vocum harmonia contra puncto (ut vocant) simplici exornatae; qvarum usus non tantum publicè frequentissimus est h̄c & alibi, sed etiam in privata & domestica vita; ubi ad excitandam in animis alacritatem, ante & post cibum, secundum Apostoli præceptum, non sine fructu pietatis extremo, à multis usurpantur. In *superioribus* illis *scientiis*, Astronomica & Chronologica, quantum antecelluerit noster

noster ὁ μακάριος, satis offendit illius *Chronologia*, inchoata jam olim in illius schola portensi; sed hic demum absolta, atque annis ab hinc decem in lucem edita; quam ejusmodi firmavit demonstrationibus ut non solum in tota Germania, sed etiam apud exteris Nationes mirifice commendata illius sit industria; nec quisquam in tantis Chronologorum dissensionibus inventus sit ab eo tempore, qui jure falsitatis eam arguere, aut convincere Astronomica veritate potuerit. Extant in hoc genere Doctissimorum hominum, D. Parei, Reußneri & Kepleri commentationes atque Epistolæ Chronologicæ eruditæ; quibus oppugnata quidem vehementer *Calvisiana Chronologia*, attamen expugnata minimè fuit. Nec dubium est, novam illius editionem, quam piè defunctus magno labore, nec forte sine dispenso valetudinis hactenus adornavit, plenius ac elarius omnia, quæ in controversiam trahi posse visa sunt, propediem exhibituram esse. Chronologia accessit, abhinc triennio, *Elenchus Calendarii Gregoriani*, opus non minus eruditum atque egregium, in quo non solum plurimos Calendarii Pontificii errores *Calvisius* noster evidenter monstravit; sed etiam novam Calendarii formam, multò meliorem atque expeditiorem proposuit. Dignus sane labor, non remuneratione solum egregia, sed qui sinec etiam optatum, in hoc deformi temporum componendo dissidio mature conseqvatur. Quia vero ad labores Scholasticos piè defuncti opera conducta erat; Idcirco, ne inter Chronologicas occupationes, suo officio, in erudienda juventute, deesse forte videretur, *Thesaurum Lingua Larine horis subsecivis confecit, abhinc quinqvennio; Librum* sane utilissimum pro *instituenda pueritia*; cum in eo omnia, quæ nostra Lingua proponuntur, ut latīna fiant, in magna copia, ex optimis Lingyæ Latīnae Autoribus, præscripta sint, atque etiam expeditissime inveniantur,

Addidit

Addidit deinde *Enchiridion Lexici Latino-Germanici*, abhinc biennio; ne quidquam esset, quod remorari studia discentium ullo modo posset. Ad hosce autem labores suscipiendo ac continuando, tum alia ei incitamenta fuere; tum id non minimum, quod ante annos circiter duodecim, cum casu quodam vulnus acceptisset in genu dextri pedis, annuo ferme spatio affixus lecto, egredi domo non potuit. Quare omne id tempus in studia privata contulit, fassusque est ipse Calvius sapienter, in sortum illud ad incrementa studiorum sibi plurimam profuisse. Prætereundum & hoc minime est; cum piè defuncti, ex scriptis editis, pasim innotuerit doctrina atque eruditio; operam illius à diversis Academiis & Rebus publicis scribè expeditam fuisse. Testis esse potest inclita Wittebergeniæ Academia, quæ Professionem ei Mathematum obtulit, paucis abhinc annis; Francofurtana item, quæ similiter, honesta conditione, uti ipsius opera voluit. Mitto jam urbes & Respubl. diversas, quæ itidem honestis stipendiis piè defunctum ad se invitarunt. Sed maluit h'c, in statione humili, attamen honesta & tolerabili, confundere, quam honores & titulos alibi splendidiores sequi.

Ad vitam privatam & domesticam piè defuncti quod atinet, satis constat omnibus, frugaliter ipsum atque honeste cum suis vixisse. Conjugem habuit *Magdalenam* Viri quondam opt. & integerimi, *Joannis Jungen*, civis Lipsiensis filiam, foemina optimam; quam duxit anno supra MDXCV. die X. M. Februarii, virginem id temporis piam & honestam, at nunc viduam, hujuscे funeris spectatrixem mœstissimam. Cum hac conjugе sua vixit in pacato & tranquillo syaviqve, conjugio, annos XXI. & ex ea tres suscepit filios, unamqve filiam, è quibus decessit unus filiorum, admodum infans. Reliqui superstites, in literis exercitiisqve Pietatis & virtutis honestè liberaliterqve educantur. Decumbere vero cœpit

pit piè demortuus, jam aliquot ante menses, febri corruptus quartana, quæ fere Epidemia nobis, hisce præteritis æstivis mensibus, fuit. Hæc, cum pharmacis expugnari nullo modo posset, vires ægrotantis sensim attrivit ac consumit; ex quo tabes consecuta, vite simul atque æruminarum omnium ei finem attulit, die abhinc 4. circa horam 7. matutinam, postquam prius animam Redemptori suo CHRISTO JESU inter preces devotas & pia suspiria commendasset; anno ætatis sexagesimo. Qyoniam igitur hodierno die hora I. pomerid. usitato ac Christiano ritu corpus examine r̄s mancipiis ad sepulturam effertur; hortam universos & singulos, qui nostram agnoscunt jurisdictionem, ut frequentes eo tempore in area, quæ est ad Templum Thomam, conveniant, & funus hoc nobisem honorifice prosequantur. Qvod humanitatis officium postremum sua sponte omnes & singulos, viro huic optime merito idque libenter & cupidè, prestituros esse omnino confidimus. P.P. die XXVII. M. Novembr. Anno Christi M DC XV.

Hanc Descriptionem Vitæ Calvianæ ex parte reperire licet in Th. Spitzeli Templo Honoris p. 321. sqq. & D. Pauli Freheri Theatro Viror. Exudit. Clavor. p. 1512. sqq.

SCRIPTA.

Opus Chronologicum, Sacrae Scripture & Historiæ corum sive dignissimorum, ad motum luminarium cœlestium, tempora & annos distinguendia, secundum characteres chronologicos contextum, 300 ferme Eclipsibus annotatis confirmatum & deducendum usque ad nostra tempora. Cui præmissa est Isgoge Chronologica, in qua cum Tempus Astronomicum de numerandis motibus luminarium cœlestium, & eorumdem

dem Eclipsibus; tum diversæ diversorum in omnibus Epochis annorum quantitates & forme dilucide explicantur, characteres infallibilis ostenduntur, & quid in unaq[ue] Epocha verum falsumque sit, ex veris fundamentis Chronologicis aperte demonstratur, 1605. 1620. 1629 1650. 1685. in fol. & Quarto.

Examen Hypothesum Chronologicarum Dav. Parrei 1606. 4to.

Epistola binæ ad Eliam Rensnerum & Dav. Paruum de Ratione Chronologie. 4to.

Admonitio de enodatione duarum questionum de anno nativitatis & tempore ministerii Christi ab El. Reusnero propositarum, 1610. 4.

Epistola ad Joh. Kepleram de vero nativitatis Christi anno 1613. 4to.

Formula Calendarii novi, Calendario Gregoriano expeditior, melior, & certior 1613. 4.

Elencbus Calendarii Gregoriani, in quo errores, qui p[ro]p[ter]im in anni quantitate & epactis committantur, manifeste demonstrantur, & duplex Calendarii melioris & expeditioris formula proponitur 1613. 4.

Theaurus Latin[us] Sermontis, ex op[er]mis auctoribus congestus, in locos communes secundum naturalem seriem digestus 1614. 8.

Enchiridion Lexi[um] Latino-Germanici, 1614. 8.

Biciniorum libri duo, q[uo]rum prior 70 continet ad sententias Evangeliorum anniversariorum à Se[nten]to Calvino, Musico decantata, posterior no[n]aginta,

- naginta, cum ē sine textu à prestantissimis
Musicis concinnata. 1612. 4.
*Mesopalia s. Melodiae condenda ratio, quam Poëti-
cam vocant.* 1597.
*Exercitatio Musica, de præcipuis in arte Musica
questionibus instituta.* 1611. 8.
*Musica artis præcepta nova & facillima, per se-
ptem voces Musicales conscripta* 1612. 8.
*Harmonia Cantionum Ecclesiasticarum, à M.
Luthero & aliis Viris piis compositarum, Ger-
man.* 1597. & 1622. 4.
*Judicia Eruditorum, de Sethi Calvisii Scriptis, chro-
nologicis præsertim, lata, congregatis Th. Pope
Blount, in Censura Celebrior. Authorum p. 629.
sqq. coll. Jo. Christ. Neu in Accessionibus ad
Relect. Hiem. Degor. Wheari p. 50.*

AD.THEODOR.SIBERUS,

Eloq. Prof. Ord. Witteberg.

RECTOR ACADEMÆ WITTE-
BERGENSIS

**COMES EMERICUS
THURZO**

DE BETHLEMFFALUA, LIBER AC
HÆREDITARIUS COMES DE ARVA,
Ejusdemque Comitatus Arvensis supremus
ac perpetuus Comes &c,

MAURI-

MAURICII DUX SAXONIÆ, HEROS NUN-
QVAM SATIS LAUDATUS, CUM POST OBITUM PA-
TRIS, HENRICI DUCIS SAXONIÆ, CIRCA INITIA
GUBERNATIONIS TRES LUDOS ILLUSTRES MISNAE,
PORTÆ, MERSBURGI ANNO MDXLIII. APERUSET, IN QVI-
BUS PUERI CERTO NUMERO DEFINITI CUM FUIS PRÆCEPTORIBUS
ALERENTUR, & AB HIS IN PIETATE VERA & BONIS LITERIS, HO-
NESTISQE MORIBUS FORMARENTUR ATQUE INSITUERENTUR: NON
MULTIS POST ANNIS AD SEPTENVIRALEM ERECTUS DIGNITATEM
IN RELIQVIS NIHIL MUTAVIT; MERSBURGENSEM AUTEM SCHOLAM
GRIMAM ANNO M.D.L. TRANSTULIT. ATQVE IN
MISHENSI QVIDEM LUDO ANNO MDXLVI. POST *Hermanum Vulpium* SECUNDUS RECTOR CONSTITUTUS FUIT *Georgius Fabricius* Chemineensis Argentorato evocatus, QUI LUDI
ILLIUS CONSTITUTIONEM IN ANNALIBUS URBIS MISNAE LUCULENTÈ
EXPOSUIT, POËTA CHRISTIANUS EXCELLENS, GRAMMATICUS
ACUTUS, HISTORICUS ELEGANS, IN FUNCTIOPIA PIÈ DEFUN-
ETUS ANNO MDLXXI, JULII DIE XIII. ATATIS ANNO LVII.
CURRENTE. GRIMENSIIS VERO LUDI GUBERNATIO COMMISSA FUIT
Adamo Sibero, VIRO SECUNDUM *Philippi Melanchthonis*
elogium οὐτοῦ θεῶν καὶ ταῖς μάρτυρις Φιλτάτῳ.
UT AUTEM HI DUO VIRI & PATRIAM CANDEM, & TEMPUS
NATIVITATIS PAUCIS MENSIBUS DISTANS, & PRÆCEPTORES COM-
MUNES HABUERUNT; UTERQUE ENIM, UT ALIOS TACEAMUS,
AUDITOR FUIT *Johannis Rivii*, ATTENDORIENSIS, VIRI DOCTIS-
SIMI, & MULTIS EDITIS SCRIPTIS CLARI, QUI POSTEA & AUGUSTI
DUCIS SAXONIÆ ELECTORIS &c. PRÆCEPTOR FUIT: UT IIDEM
PIETATE ERUDITIONE, INGENII MONIMENTIS, NOMINISQUE
CELEBRITATE APUD EXTEROS QVOQUE CLARISSIMI FUERUNT, &
AMICITIA SANCTISSIMA INTER SE PERPETUO CONJUNCTISSIMI:
SIC GRATAM SUI MEMORIAM AMBO NON MINUS IN SOBOLE
GENEROFA QVAM DISCIPLINA SUÆ ALUMNIS RELIQUERUNT, QUI
PARENTUM AC MAGISTRORUM SUORUM GLORIAM FUNCTIONIBUS
PRÆPOSITI HONESTISSIMIS CONSERVARE & ILLUSTRARE HACTENUS

summa cum sua laude studuerunt. Horum verò qvo minor sit in dies vel annos certè singulos numerus; Eò justior nobis dolor affertur, qvoties ex illis aliquem Deus societati & consuetudini nostræ subducit & eripit, præsertim cum ad præsentem Scholarum statum oculos animosqve convertimus, & paucitatem tum eorum consideramus, qvi rectam discendi viam inserviunt; tum eorum qvi vel agnoscant, qvam necessaria pars sit gubernationis institutio adolescentiæ, vel posthabitis vitæ generibus & splendidis & qvæstuosis, illud amplectantur, qvod ante tot secula eo loco fuit habitum, ut & Senecæ, cum civitatis Proceribus annumeraretur, Professoria lingua tanquam probri loco objiceretur; & à Stoico ζολασικός definiretur ἔων & πάντες κατελῶσι. Sed bene habet, & qvæ contemptum hunc consolentur, nunquam deesse suis DEUS patitur, qvi & Principum Regumqve corda, qvæ in manu sua habet, ita moderatur ac gubernat, ut Scholarum & eorum, qvorum opera Scholis fideliter servit, nutritores ac Patroni sint munifici & benigni; & sub laborum onere tantum non fatiscentes verbis dulcissimi erigit & corroborat; Qui docti fuerint, fulgebant qvæ splendor firmamenti, & qui ad justiciam multos erudiant, qvæ stella in perpetuas aternitates. Imò in haec etiam vita mercedem hanc iis qvi in erudienda juventute fideliter Scholis inservierunt, persolvit, ut quo nihil magis in vita expertendum est, liberos post se relinquant, qvi virtute & doctrina instruëti in paterni nominis decus succedant. Qvo nomine metiro piis Adami Siberi * manibus gratulamur, qvòd post exantatos usqve ad senectutem,

* Vitam ejus descriptit Adolphus Clarimundus in
P. VII. Vitar. Clarissim. de Re Literaria Viror.

p. 122.

tem, ut acceperimus, honestam labores Scholasticos, de statione sua summi Imperatoris iussu decebens, praeter alios liberos loco honesto constitutos, talem reliquit filium, in quo perinde vivere videretur, ac si mortem nunquam obiueret. Is vero fuit iam proh dolor! ADAMUS THEODORUS SIBERUS, Eloquenter Professor publicus; in cuius ex hac vita discessu magnopere verendum videtur ne verum esse experiamur, quod Aethiopica historiae scriptor dixit, *Deos abeuntes agnoscit.* Vix enim unquam melius, quam carendo, discunt homines, quam cara perdiderint. Sed quod ante triennium nondum integrum in Friderici Taubmanni exequiis ipso Adamo Siberio interprete fecit illius temporis Rector Magnificus, cur non hoc tempore imitemur? cum praesertim significationibus funerum brevioribus Siberum delectatum fuisse constet: Et nemini ille vocem ac praeconium desideret, qui ipse se clarissimi ingenii atque industrie monumentis non minus quam Taubmannus, in luce atque in ore omnium eruditarum gentium collocari. Veruntamen et si nobis persuaderemus unumquemque tam ex Scholasticis, quam ceteris nostris, indicato tantum sepulturae tempore & ordine, suo sponte præstiturum, quod deberi intelligit: tamen ne quid vel mori, vel defuncti ipsius memoriz vel eorum, quos in luctum tanti viri obitus conjicit justissimum, honori & petitioni denegasse videamur; quae de curriculo vite ipsius ad nostram pervenire notitiam breviter exponemus. Naturus ergo fuit *Adamus Theodorus Siberus* patre eo, quem

E 2

diximus,

- p. 122. sqq. *De Patria ejus certiora tradunt*
D. Andr. Mollerus in Theat. Freib. P. I. p. 295.
& M. Tob. Schmidius in Chron. Cygn. P. I.
p. 507. Siberum in pago prope Cygnean sito,
Schönâ scilicet, in lucem hanc fuisse editum.

diximus, matre verò *Anna Fufia*, quam post prioris uxoris *Anne Heinemannae*, anno MDLII, partu extinctæ obitum triennio post duxerat, anno MDLXIII, VI. Febr. cùm ætatis annum pater ageret XLVI. Is verò cùm indolem in filio præclararam exoscularetur; nulli diligentia in illo à teneris unguiculis erudiendo parcens, animum altioribus curis occupatum ad eam demisit humilitatem, ut libellos pueritiae filii accommodatos elaboraret, & mox aliorum etiam usib[us] publicaret. Ex qvibus cùm is initia Latina & Græca lingua partim in Schola opidana, partim in ludo illustri, cuius alumnus integrum sexennium fuit, mature & feliciter arripiisset unica *Philippi Melanchthonis Grammatica minore*, cui soli tum locum *Adamus Silesius* dabat contentus, assidua præstantissimorum in utraque lingua autorum lectione id fuit assecutus, ut in eundem notitia & usu parcs haberet paucos. Dimissus è disciplina Patris, qvi anno MDXXCIV, post Fabricium annis XIII. LXIX. annorum senex obiit, primùm qvidem Lipsiæ deinde verò Jenæ studia sua continuavit, qvorum scopus præter exquisitam artium humaniorum cognitionem, primarius fui: *Juris Civilis tractatio*, quam ad finem usq[ue] vita retinuit. Post obitum Patris ascitus fuit inter collegas Grimensis Scholæ, inter qvos cùm initio quintum, deinde tertium locum aliquot annos cum laude tenuisset; & veritatis cœlestis, quam cum lacte materno haustram, in sanctissima Patris disciplina penitus imbiberat, professione nihil haberet antiquius; loco cedere, quam cu[m] iis, qvi à puritate doctrinæ Lutheranæ declinarent, jugum ducere maluit. Itaque Roslochium se contulit: Unde post aliquot annos reversus inter hujus Academias Professores ab anno MDXCIII. per annos XXII. locum obtinuit; primùm qvidem Poëtices; deinde verò Græcae linguae; postremis denique annis Eloquentiae doctor constitutus: In qvibus omnibus, quid præliterit res ipsa

ipsa loquitur. Qvantus certè vir hic fuerit, illud ipsum
argumento esse potest, qvòd tot Professorum partes unus
obire potuerit. Vitam, qvòd veluti naturæ ductu à
sexu muliebri esset alienior, egit cœlibem & solitariam,
ut præter famulum domesticum, neminem ferè circa se
haberet, totus immersus libris, & occupatus excer-
pendis & colligendis iis, qvæ juventutis studiis ali-
qvando prodere possent. Qva fini cum eorum, qvos
diximus, autorum lectione, cognitionem ad exem-
plum patris optimi conjunxit Sacrae scripturæ & Docto-
rum Ecclesiæ antiquorum maximè verò Græcorum: ut
maximopere vitæ usura longior ipsi fuerit optanda. Ve-
rendum enim, ne magna eorum pars cum ipso sine fru-
ctu posteritatis abierit; cùm quicquid non est perattam,
pro non inchoato sit ducendum. ἀλλὰ ταῦτα τῶν ὑπερ
ηὔρες ἀλλα μελῆσαι. Recluturam Academiæ semel,
Decanatum Collegii Philosophici ter gesit. Cum au-
tem circa initium autunni Sacrosancta Synaxi in publi-
co Ecclesiæ cœtu postremum intersuisset; paucis post
diebus quartana correprusa ab eo tempore publico fermè
abstinuit: & qvia πέρος των ια, σοτα τραγήστων
αὐθεντοι, χεριμουν το σώμα εἴη, secundum Socrati-
men Xenophontem; ipse quoque expertus est in agor-
atione neque sibi, neque aliis prodere quemquam, ne-
que obire publica privatâ munia posse, & esse gravem
omnibus. Etsi autem & ætas adhuc vegeta & corpus
ab ipsi naturæ constitutione satis validum, spem & ipsi
& ceteris præbuerit de recuperanda propediem sanitatem
pristina satis bonam; qvæ res etiam fecit, ut ante po-
stremum vitæ diem cubile suum è cubiculo in hypo-
caustum transferri noluerit; futurum identidem affir-
mavimus; si eò usque morbi violentia procederet, ut ibi
non subsisteret: Tamen accidente, ut credibile est, ad
quartanam eo mali genere, qvod Apoplexiā medici

& morbum attonitum nominant, qvod citò sensu motu-
que in omni corpore destruclio & corde suffocato, agro-
tum jugulet; præfigio respondit eventus. Cum enim
Ferii Christi natalitis cultum Deo debitum sacris con-
cionibus legendis, & hymnis Ecclesiæ canendis, aliis-
que exercitiis piis devote præstisset; & in primis pre-
cationem illam Ecclesiæ Germanicam. **Erbahlt uns**
Herr bey deinem Wort / ic. frequenter toto aggra-
tionis tempore repetivisset; die vero V. Januarii Evan-
gelii de Magis textum Græcum prælegi sibi curasset, &
cum duobus studiosis, qui aderant, adolescentibus col-
loquia de illo ipso textu pia & erudita habuisset; &
circa horam etiam noctis secundam nullum dedisset im-
becillitatis vehementioris indicium; Manè ab iisdem
adolescentibus in lectulo inventus est mortuus. **Iustum,**
etiam si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio esse,
qvomodo cunqve evocetur; neque ullo tempore Chris-
tianam pietatem ad mortem imparatam esse posse,
Christiani novimus. Itaque crepto ex miseriis vita &
seculi hujus **Sibero** nostro quietem non invideamus: Sed
gratam officiosamque meritis iohannes memoriam præstan-
tes, tum Deum oremus propitium, ut ipse hoc etiam
vulnus sanet: tum frequenti deductione funus præstan-
tissimi viri prosequamur. **Nihil enim in hac vita pre-**
clare de multis meritorum viroruu laboribus, postquam
decesserunt, rependi potest; nisi boni nominis memoria
& sepulture honor. Efficeretur autem funus postea hora
I. ex Augusti Collegio in Coemeterium suburbanum,
atque ibi inter sepulera Collegarum & amicorum, Rho-
domani, Taubmanni & aliorum, qvod ipse à fratre,
M. Henrico Dionysio Sibero & affinibus jam olim ita cu-
rari voluit, Christiano ritu humabitur. P. P. die IX.
mensis Januarii, anno MDCXVI.

SCRIPTA.

SCRIPTA.

Orat. Secularis in Acad. Witteb. Witteb. 1602. 4to.

Institutio Rhetorica, Epistolica, Elocutoria, & Elo-
gium in Ciceronem, Witteb. 1608. 8.

Orat. Prefat. Dissert. Epistolæ & Carmina, Witteb.

1606. 8. Vol. II. 1614. 8. seu

Dialecticæ Acad. Volum. II. Witteb. 1614. 8.

Dialecticæ Volumen I. Witteb. 1617. 8.

Gemma Gemmar. Witteb. 1610. 8.

Elogia Ciceronis pleraque omnia immenso Studio ex
innumeris Scriptoribus colligit Ad. Th. Siberus,
Prof. quondam Witteb. Vol. II. Dialex. s. Dissert.
Acad. D. Casp. Sagittarius in Comment. de Vita
Ciceronis. p. 74.

Oratione Panegyrica Merita ipsius in Rempubl. Lit-
terariam celebravit M. Antonius Mylius (cujus
vitam enarravit D. Paul. Freherus in Theatro
Vivor. Erud. claror. p. 580. sqq.) prout ex hac
Tabula, quam hic apponere visum est, colligi
potest.

RECTOR ACADEMIÆ WIT-
TEBERGENSIS

AMBROSIUS RHODIUS,
MEDICINÆ DOCTOR, ET SU-
PERIORUM MATHEMATUM
PROFESSOR PUBLICUS.

E 4

MENSIS

MENSIS jam clapsus est quartus, cum
ADAMI - THEODORI SIBERI, Viri magni,
& Romanæ facundiaæ nostra ætate facile
principis, corpus, qvod ipse unicum Ter-
renum habuerat, humavimus. Ubi quidem affectum
nostrum moeſisimum funestò potius silentio indicavim-
us, qvam publica voce ac oratione prodidimus. Non
qvod hunc honorem Viro incomparabili negaremus:
sed qvod nec dolor, tantò tunc acerbior, qvanto recen-
tior, loqui fineret, nec deplorari tantus ORATOR melius
posset, qvam si nemo qvieqvam peroraret, & vacua
mutaqve cathedra, quantum linguae decus amisisset,
silentio ipfa suo loqveretur. Nunc vero, posteaqvam
doloris sensum temperis solatio qvodammodo mitigatum,
officii debitiqve conscientia expugnavit: Non
possimus, qvin probemus, hortatuqe nostro apime-
mus pium ac laudabile studium Præstantiss. juvenis, M.
ANTONII MYLII, GEORGII, Magni illius Theologi F.
Philosophicæ Facultatis Adjuncti, qui Præceptor Cha-
risimo Oratione Latina, eaqve eruditæ (ut ingenium
& doctrina toties perspecta minantur) publicè paren-
tare constituit, Vetus & ipsis XII. Tabb. inscripta
lex est:

HONORATORUM VIORUM LAIDES IN CON-
CIONE MEMORANTOR,

Gaudet Romana hac consuetudine SIBERUS noster, quem
Romanarum rerum usus ac scientia Romana civi-
tate donavit. Itaque

UT VOS
GIVES ACADEMICI,
QVOT QVOT OLIM

ADAMUM

ADAMUM THEODOR. SIBERUM,

vel sententiarum gravitate ac maiestate fulminantem, vel verborum luce ac splendore fulgurantem admirati: Fulmina illa linguae fracta, fulguraque extincta, attoniti nunc doletis,

AD FERALIA DIEI CRASTINI HORA IX.

Viro de Universa Republica Literaria meritissimo futura

FREQUENTES CONVENIATIS,

CENSEMUS.

P. P. WITTEBERGÆ X CAL. JUN.

Anno ob lo XVI.

M. JOHANNES FRIDERICUS,

LL. ET HISTORIARUM PROFESS.

IN ACAD. LIPS.

Acad. Decem Vir, Majoris Principum
Collegii Collegatus, & Scholæ Nicolai-
tanæ Rector,

A. M DC XXIX. denatus.

RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.

MOnumentum Epicharmo positurus
Theocritus Poëta laudat eum ab insigni pe-
ritia & diligentia in erudiendâ juventute, &
hinc magnas atque immortales gratias pro-
meri-

E 5

meritum ait his verbis: πάσιν ἐπε χείσμα, μεγάλα χαρίς αὐτῷ. Parem si non majorem εὐφημίαν atque gratiam deberi, Viro Excellentissima doctrina, pietate, virtute, meritis ac fama longè Clarissimo, DN. JOHANNI FRIDERICO, opt: art. ac Philosophiae Magistro, utriusque linguae & historiarum, dum in vivis erat, Professori laudatissimo, &c. Nemo est, qui non fateatur ex animo. Tot enim tantisque donis divinitus exornatus, quot & quanta in unum eundemque hominem raro conveniunt, omnia sua retulit ad hanc finem; ut prodeisset juventuti & rebus communibus se totum impenderet. Ac prodierunt ex ipsius institutione ac disciplina, tanquam ex Trojano eqvo, non tantum in hoc Ducatu Electorali, verum etiam in vicinis regionibus, qui suorum studiorum primitias, Optino huic Viro, unicè post Deum acceptas ferunt, homines omnium penè ordinum ac dignitatum præstantissimi. Indò illi ipsi, qui nunc apud nos docent in Academia, in diversis Facultatibus & Scientiis, illi inquam plerique ab his *Friedericianis* fontibus profuxerunt, ideoque nil dissimulantes, quantum ab ipso in humanioribus literis acceperint, ut communem Magistrum atque Præceptorem suum communi ore venerantur & deprædicant. Consiliorum porro atque operarum promitudine felici, quantum profuerit cum Academiæ toti, tum imprimis Philosophicæ Facultati, per hosce Quadragesima annos, præferunt posteriores, ubi ad judicii gravitatem accesserat quædam senilis sapientia, longo rerum usu constituta & aucta, notius est, quam ut multis dici oporteat. Tribus verbis: Columna fuit & Ornamentum Academiæ: sed heu! fuit nisi enim fateamur, nos tantum decus & præsidium amississe, quantum non facile recuperare licet, neque nos neque damni magnitudinem satis noverimus. Agnoscamus autem, ut par est, Deumque, ut huic

huic similem Professorem & Collegam reddat, ardenter
invocamus. Interim Theocriti exemplo, imo pietate
ipsa moniti, Optimi & meritissimi Viri memoriam castè
atque integrè inter nos conservare studebimus, cum
aliis, quibus potè, modis, tum consueta recitatione
virtùs, atque currículi sui, ut intelligent Juvenes Studiosi,
qualem nos Collegam in Academia, ipsi verò Doctorem
& ductorem amiserint, & ut erga mæstissimam viduam
totamque adeò familiam honestissimam edamus aliquod
τυμπαθείας Christianæ specimen. Natus est o *uanan-*
gētēs, anno Christi, supra millesimum quingentesimum,
sexagesimo tertio, die VII. mensis Octobris, in Franciæ
Orientalis pago, Wolfshufa, subditione Praesulii Wur-
ceburgici Parentibus in re tenui, sed tamen præsca vir-
tutæc fide, ut plerumque solent agricola. Pater fuit
JOHANNES FRIDERICUS defuncto cognominis, Prä-
tor pagi ad annos XL, Mater *Catharina Röbin*; ambo
si non alii, sallem hoc nomine memorabiles, quod
conjugali fœdere totos III. annos sociati, ad extremam
senectutis metam, annum videlicet aetatis octogesimum,
pariter perverterint, tantum non eodem clati funere.
Ab his Parentibus Deo & bonis literis consecratus filius,
in his ipsis & in primis in doctrina pietatis ex aureola Ca-
techesi B. Lutheri maturè & diligenter instituitur. Fecit
haec institutio puerilis & domestica, simul agente per
illam intus & in anima pueri S. Spiritus dictamine, ut
cum ad uberiorum culturam ingenii consequendam anno
ætatis decimo vicinum Mellerstadium mitteretur, statim
abhorreret ab illius loci genio, qui totus est Pontifi-
cius, inque Schleusingensem scholam nostræ addictam
religioni enixè transferri cuperet, quod etiam obtinuit
a parentibus haud difficulter. Schleusingæ natus opta-
tissimam & saluberrimam discendi occasionem, quodque
non semel ex ipsis ore auditum est, fidelissimos & planè
heroicos

heroicos Magistros, M. Wolfgangum Müllerum, & M. Johannem Hartungum, totum se pietati, atque optimarum artium & lingarum, præcipue vero graci sermonis cognitioni dedidit per septennium integrum. Quo exæto in hanc nostram Philiréam transivit, anno superioris seculi octuagésimo secundo, mercatu verno. Quamvis autem hoc appellentis ab initio sat dura esset conditio, & propter rem domi angustam, viclus servitiis queritandus: Deo tamen prôperante paulatim lux serenior affulxit. Hinc quantum servitiis temporis suffurari poterat, id omne audiendi publicis Professoribus, & privatis exercitationibus, summâ & indefessâ animi alacritate impedit, & hoc etiam modo in eorum notitiam & familiaritatem se se magis magisque illatebravit. Comparaverat jam sibi tantam eruditionis suppellecilem, ut de illâ videretur aliis impetriri posse & quasi lumen accendere de suo. Quare ut majore cum successu effetum hoc daret, primam in artibus & philosophia lauream, anno 1585. & bientio post alteram quoque & superiorum afflumere voluit, Decano tum temporis ac Promotore Viro Clariß. Dn. M. Andréa Dærero, qui deinde ex Medicinâ magnum nomen adeptus est. Decoratus hunc in modum insignibus Magisterii, mox omni diligentia privatas scholas aperte, suæque fidei commissiles adolescentes complures ingenuos, non plebejos tantum, sed etiam Nobiles, atque in his Magnifici quondam & eminentissimi Viri, Dn. D. Davidis Peiferi, Ducum Saxon. Cancellarii meritissimi, viri planè incomparabilis, dilectissimos filios erudire cœpit & exercere disputando, perorando & legendo, quâ publicè, quâ privatim in linguis & artibus. Qvo ipso meritus fuit, ut vix elapsa à promotione biennio anno videl, 1589, summâ voluntate in Consilium Facultatis Philosophicæ admissus, & sequente anno primum factus sit Decanus ejus. Incubuit hoc codem tempore anno nimírum 1592. in ducendæ uxoris

uxoris curam, matrimonio sibi junctâ virginē tum temporis lec̄tissimā nunc mœstissimā viduā, Agnetā Fritschansā, civis Torgensis præcipui filia; arque ex præclaro Moserorum stemmate oriundā. Id qvam benē verterit, postea dicemus. Prius ep̄im spectandus nobis Collega noster amantis in diversis honoratorum officiorum partibus, ad quas gradatim Deo duce, virtute co-mite evectus est. Primus velut campus, unde excurrit ipsius industria, proponebat ipsi Thomanus ludus, in quo singulari benevolentia Senatus hujus Urbis amplissimi proximus à Rectore locus ipsi tum temporis est attributus. Nam cum designatus esset à Communitate Philosophica Oratoria Professor, consentientibus suffragiis & electione, legitimè instituta, jamq; sibi spem illam functionis honoratoris domi conditam habere videretur, nihilominus evenit ipsi, à spē omni subito depulso, qvod proverbio dicimus: multa inter calicem ac labra. Qvare ταπαξίτα σέργω in officio Scholæ Thomanae per sesquiannum stetit: hinc anno 1594. Annæbergam migravit cum familiâ, honesto & liberali ejus Urbis Senatus stipendio conductus, ad Scholæ, qvæ ibidem non incelebris habetur, capessenda gubernacula. Edidit h̄c loci Orationem elegantissimam περὶ τῶν Θρησπηνέων Scholis & Academis debitorum, qvæ adhuc extat, deq; scholariis clasibus in melius reformatis ad communem rei literariorū usum multa & sc̄tissimè differens & saluberrimè admonens surgenti nominis famæ strenue præluisit. Accidit interea temporis, ut qui ante triennium, in adeunda cathedra Oratoria luminibus ipsius obstruxerat, suo discessu denudò vacuam saceret professionem. Qvare secundum Herodotēum illud: ὁ, τι δὲ γενέθαι ἐν θεῖ, αποτέλεσμα δυνχανον; à Communitate Philosophica postlimino, sed honorifice in hanc urbem & Academiam anno 1595. revocatus cupidè reddit,

redit, & jamdudum sibi debitam cathedram occupat & tenet per quatuor annos magno cum plausu Collegarum & studiosæ juventutis fructu eximio. Nam tradidit illi præcepta rhetorica ex Autoribus optimis, Aristotele, Cicerone, Quintiliano, vivisq[ue] & spirantibus ad imitandum exemplis summâ fide, & dexterrimo judicio omne dicendi artificium illultravit. Vertente quadriennio designatur Professor scientiæ Naturalis anno 1599. & ut prius, sequente confirmatione illustrissima, huic ejam Professionis generi octennium praest. Viduisse hic ipsum omnibus ingenii nervis connixum hoc agere, quo doceret suos γνῶστας philosophari de naturæ potentia & viribus, non ex turbidis scholasticorum lacunis hauriendo, sed ad limpidissimus principis Philosophorum, & illius Græcorum interpretum fontes deducendo: id quod demonstrant ejus in totam Αριστοτελον Aristot. & in lib. IV. meteor. Commentarii longè doctissimi, digni, qui publici juris siant: quibus addidit elegantissimam enarrationem libelli Melanchthoniani de Anima, & dum fungitur hoc Professionis genere, bis absolvit. Quo etiam pertinet ejusdem de Lycanthropia, ut vocant, lusculta & vario cognitionis genere, veluti sale quodam tincta & perspersa Oratio in promotione Magistrali ab ipso publicè habita, cum anno 1600. secundum Decanus esset. Nec ineptè hoc referas enarrationem nervosam materia medica ex libello Galeni de Theriaca, quam pro adipiscenda Licentia Medica, cuius presentatione tum temporis occupabatur; publicis lectionibus complexus erat. Sic enim statuerat, nominus sua domesticæ rei, quam professioni utilem fore & congruam hanc utriusq[ue] studii medici & Physici conjunctionem. Jamque assumpto in hac arte Medicā gradu Baccalaureatus, anno vid. 1602. & peractis, quæ ad reliquæ gradus progrediens ex Constitutione Facultatis illius peragi moris est, nihil

nihil ipsi restabat, nisi ut Licentiatura & Doctura Medicea insignia, tanquam laborum in hoc etiam studiorum genere praeclare exantlatorum testimonia, & *βεατεία* primo quoquo tempore eaperet: Cum ecce sive monetur, sive rogatur à Superioribus, ne se abdicet commercio humaniorum literarum, ad quas propagandas & docendas natura se factum & divinitus ordinatum intelligent, verum constanter perseveret cum Muis suis. Paratos esse superiores, quorum haec potestas est conferendi, Praecepturam seu *σορόγενης μέρη*, ad meliorem Familiæ sustentationem, ipsi decernere. Quid faceret? paruit clementissimæ voluntati, & suscepit conditionem, suscepit eadem, quæ ceteros labores suos, fide & dexteritate, usque in annum 1607. tuerit ac sustinet. Gloriatum accepimus piè defunctum de felicitate hujus anni sibi & suis admodum auspicati. Præterquam enim quod hoc anno alleius estin numerum Decem-Vironum, ad quos rerum Paulinavum inspeccio præcipue pertinet, nec multo post cooptatus in laudatissimum Collegium principum minus (ex quo tamen sequentibus annis in superiori ascendit) ipse ne optimantiqvide ab hujus Urbis Amplissimo Senatu, Pædagogii, quod est ad D. *Nicolaï*, non minus honorata quam fructuosa gubernatio hoc anno oblata & coneredita fuit, simulque ex obitu Viri clarissimi & de bonis literis itidem meritissimi, *Dn. D. Marthai Dresseri*, utriusque lingua & historiarum Amplissima professio ad eundem devoluta probante, quæ acta essent, aula illustrissima omnia, & in abdicationem *σορόγενας* prædictæ, ne obrueretur laboribus, clementissime consentiente. Verè igitur Collega noster faustum sibi fortunatumque hunc aenum predicare poterat. Et quangvam duplicatione munerum, Academici & Scholastici, non parum gravabatur, utriusque

que tamen per divinam gratiam ita satisfecit, ut & in Academia docendo explaret desideria discentum, & simul in Schola nullam offici partem neglectam esse pateretur. Cæterum in hâc novâ Professione, quæ in docendis Græcis pariter & Latinis literis, tradendisque historiis vices aliquas requirit, non nisi optimos & selectissimos autores, qui non minus rerum & antiquitatum, quam verborum cognitione excellerent, proposuit discentibus, & his explanandis (ut erat in hoc genere artifex planè singularis) adlibuit favissimum & lucidissimum genus interpretandi. In Graeca literatura pensum hoc ab Herodoti prælectionibus est auspiciatus, quo fine quædam dicti autoris seorsim excudi fecit in usum auditorum, quæ notis haut aspernandas nunc inde interpusxit: Ab Herodoto ad Homerum, Theocritum, Musaeum, Plutarchum & similes principes ac classicos Scriptores de-lapsus est. In latinis post Ciceronis scripta, & Orationes Selectiores, puta Catilinarias, pro lege Manilia, dialogum de senectute, paradoxæ &c. modo Salutii, modo C. Iulii Caesaris libros explanavit, & ad extremum historiam Justiri universalem in manus sumpsit, quæ nunc ipsius morte interrupta jacet, qvod idem evenit alteri Synopsi, quam unâ cum Synchronismis Imperiorum privato Marte conscriptam communicavit auditoribus, sed non perfecit. Nec dubitamus, in ipsius scriniis multa latere ad annales hujus regionis & in primis Academia nostræ permultum facientia. Qvorum Amalium sive consecratio sive continuatio ipsi similiter extra ordinem scimus injunctam fuisse. Qvod reliquos dignitates & munera quæ vel Professioni comitantur, vel mandantur extra ordinem, attinet, managēns nostræ tertiâ vicè Academiæ Rector creatus est, primum anno 1595. cum Annæbergæ ex montibus redux aggredetur ad Professionem oratorium; iterumqve Anno 1604. cum naturæ ageret interpretem, & tandem anno 1616. postquam

quam docendis linguis fuerat praefectus, ut ita singula tempora Professionum singulis Rectoribus distinxerit. Sic Pro-Cancellarii in Facultate Philosophica eximias vices itidem ter gessit: Decani octies; Senioris, &c, ut vocant, Adjuncti compluribus annis. In his muneribus omnibus & singulis summa fide, prudentia, fidelitate, & constanza versatus est: tum vero Bibliothecam Paulinam ita curavit, ut hic quoque non possimus non acquisicere in ejus diligentia & fide. Veterum Pagorum Academicorum præfecturam semel gessit, & ut æquabile jus diceret subditis, nihil intermisit. Orationes nobiliores in præcipuis Academiæ conventibus habuit complures. Panegyricam in nostro Jubilæo Academicō anno 1609, itidemque alteram Sereni simo Electori dictam post pacatas in Silesiâ provincias. Qibus accedunt parentationes Illustrisimarum Personarum Saxoniæ Principum *Christiani* II, Electoris, Ducis *Augusti*, Sophie viduae Electoralis, qvarum omnium augustissima memoria sit in benedictione. Sed & intimations seu Programmata graviora Academiæ nomine proponenda suo calamo plerumque exaravit. In arduis negotiis cùm totius Universitatis tūm Facultatis Philosophicæ aliquoties ablegatus est in aulam, qvæque habebat in mandatis, magno judicio, reverentiâ, decente, & amabili qvâdam influentiâ in superiorum animos strenue perfecit & obtinuit feliciter. Scholarum illustrium visitationibus peculiari mandato toties quoties interfuit. Atque utinam abstinuerit potius à postremâ, quam vitam & sanitatem objecisset majori atque manifello periculo! Sed huc impulit cum studium morigerandi atque amor publici boni, cuius nunquam non tenacissimus fuit. In reliquâ quoque vita & conversatione *Φιλησουχος* erat καὶ συμβασιῶς, fugitans litium, utque cæteri effenter, quantum in se esset, operam dabant. Quid multis?

tis? talis vir, qui cum paucis comparandus omnia dixerit ad decus & utilitatem omnium. Ad conjugium revertimur, quod ipsi cum predicta uxore sua, matrona honoratissima, non minus secundum, quam tranquillum & amabilissimum extitit, & pro communium temporum sorte satis diuturnum. Liberos in eo suscepit XII. de quibus tres super sunt melioris & quatuor sequioris sexus; reliquis premisis in alteram vitam. Inter superstites filios primus & maximus natu, Patri homonymus superioribus annis in vicinâ Wittebergeni, Magisterii Philosophici, apud nos vero Doctore Medicæ gradum adeptus, & postea Sereniss. Electoris Saxoniæ Medicus Castrensis, nunc in Oldenburgeâ Urbe & aula, totaque viciniâ, summâ & Principis sui & Subditorum gratiâ, nec parvi nominis celebritate medicinam facere dicitur. Hujus vestigiis gnaviter insistens frater aetate proximus *Salomon Fridericus*, hujus Academie Magister, diu est, quod Medicum studium in Academiis exteris prosequatur. Ut etiam de Tertio & minimo natu *Theodozo Friderico* non nisi optima & parente digna nobis pollicemur. Sed & filiabus suis prospexit pie defunctus parens de honestis matrimonii. Inprimis magnam voluptatem cepit & solatium ex Conjugio filiae primogenita cum Viro Consultiſimo & Eximio, Dn. M. Melchiore *Trostio*, Reipublicæ Torg. Syndico dignissimo, &c. Ac sane & nobis & liberis optanda suisset diuturnior usura Collegæ & Parentis tum desiderati, nisi secus visum esset praepotenti Deo. Hoc enim permittente factum est, ut in nupera profectio sic malum ipsius exasperatum, & ceu in rabiem actus fuerit lethifer ille velicæ * calculus, ut nullis remedias neque vis ejus effera

* Spectant hic ea, quæ in germanico vita ipsius Curriculo leguntur. In der von dem seelig Verstorbenen

effera domari, nec tormenta hinc exorta exquisitissima placi poluerint. Horum itaque immanitate viribus sensim attritus miserimus æger ardenterisimis precibus & suspiriis configit ad Principem medicorum, CHRISTUM JESUM, & dispositis rebus suis ac testamento condito, assumpto insuper cœlesti viatico, beatam analysin sibi precatus, tandemque integris sensibus, & constante mente consecutus est die abhinc quarto hora vespertina IX. anno aetatis LXVII. Anima illius nunc æterna quiete & gaudio recreatur inenarrabili. Examine vero corpus hodie terræ mandabitur hora pomeridiana I. Quo tempore ut omnes & singuli, qui nobiscum vivunt in communibus literis, ad cohonestandas exequias viri de literis tam præclare meriti ante scholam Nicolaitanam convenient, jus & fas exigunt. P. P. Lipsia XII. Decembr. Anno Christi, M DC XXIX.

F 2

Hos

Verstorbenen vor seinem Ende begehrten/ und nach dessen seeligen Abschiede/ von denen Hrn.
Medicis vorgenommenen Section ist der Stein
sehr groß und 12. Lbts schwer in der Blase besun-
den worden. Eò pariter respexit M. ANDREAS CORVINUS, Orat. Profess. & Aca-
demie Lips. t. t. Rector, hoc Carmine Genus
Mortis describens:

Quæritur à multis lapis aureus iste sopherorum,
Insigniter sed hic errant in calculo.

Non lapis aureolus, sed calculus iste doloris.

Est, qui librorum * sedulos promos manet.

* Thuanus lib. 126. de Heurnio Medico: Cum pro-
spera semper antea valetudine usus esset, calculò
laborare

Hos mihi ne vili cineres tege , LIPSIA , saxe ,
Marmore nam Pario , dignus & are fuit .
Quanta vir ille tulit studiose commoda pubi ?
Tot cathedris quantâ præfuit ille fide ?
Egregiè Physicen , lingvasque professus , Achivam
Et Latinam , nec non Clarus in Historiâ .
Vidi ego , cum juvenis colerem Lipsensia tempe ,
Instar in hoc quantum , gratia quanta viro ;
Illustresque Scholas nuper cum viseret unâ ,
Insignes animi vidimus bujus opes .
Ergo perennis erit FRIDERICI gloria JANI ,
Non hanc etatem Pyramis ulla feret .

PAULUS RÖBERUS , D. Prof.
Past. & Superint. Witteb.

SCRIPTA.

Quedam eorum adducuntur in ipso Programmate ,
quædam verò , mihi nondum visa , laudantur
ab HENNINGO WITTENIO in Diarii Biogra-
phici T. I. ad Ann. 1629.

Varias Eum conscripsisse ac publicasse Orationes ,
ex Conc. illa Funebri , quæ Numburgi , BAR-
BARÆ BRAUNIÆ , D. PETRI KRAUSSENII ,
Physici uxori , à M. CASP. BERTRAMO Ann.
1616.

laborare cœpit , cuius cruciatibus totum trien-
nium divexus obiit . In mortui uestigare reperti
septem calculi nucis juglandis majoris magni-
tudine & formâ , singuli drachmas duas penden-
tes ; misera ad libros assidue sedentium stipendia .

1616. est habita, colligi posse censeo. Ita vero
verba fluunt: Es wird sonderlich dieses vorneh-
men Theologi (VALENTINI BRAUNII, Gene-
ralis Superint. des Stifts Würzen) in Ora-
tione quadam publica, so am 22. Tage Nov.
Ann. 1607. in frequenti Acad. Lips. conventu,
von dem Hn. M. JOH. FRIDERICO, Histo-
riarum Professore daselbst recitiret wor-
den/ gar honoritice erwehnet/ in massen sol-
ches in den S. Natus est Magnificus Rector
&c. nach der Länge zu befinden.

Eius Panegyricum Secularem complectentem
Originem, Incrementa & Fortunam Aca-
demiae Lipsicæ, D. AD. RECHENBERGIUS
adjectit DAV. PEIFERI Lipsiæ l. Originum
Lipsiensium Libris IV. 8.

Herodoti Clio s. Liber I. Histor. Gr. Lat. per Jo.
FRIDER. Lips. 1609. 8.

D. FRIDERICUS HORTLEDERUS,

Jctus, Consiliarius Ducalis Saxonicus,
& Historicus magni nominis.

RECTOR ACADEMIÆ JENENSIS
ERASMUS UNGEPAUR,
J.U.D. FACULT. JURID. SENIOR ET
PROFESSORES RELIQVI L. S. D.

EVersâ columnâ domum collabi , remoto gubernatore navem perire , & oleo consumto lumen paulatim extingvi necessum est . Pari modo magna subseqvi Rerumpubl . mutationes & intertrimenti solent , si viri magni qui suâ sapientiâ , prudentiâ , dexteritate , experientiâ eas fulciunt , regunt , conservant , ab iis abeunt & hac ex vita excedunt . Inde Sapientissimi Platoni vox est : οταν μετὰς κακῶν πράξεων πόλις , ἐξεῖλε Τός , ἀνδρεας αγαθος ἐν Τάντης Τῆς πόλεως ὁ θεός , quando Reipubl . impendet mutatio , Deus bonos viros ex ea avocat . Et B. Ambrosii , Mediolanensis olim Ecclesie Episcopi . Periturae urbis , aut malorum imminentium , vel futurae labis , hoc primum indicium est , si decadant viri consulares , vel etiam graviores foeminæ . Quid Deus ipse populi Israëlitici gravissime puniturus iniquitates ac prævaricationes , minatur ei per Prophetam , quod sit ablaturus à Ierusalem & Juda sustentaculum & fulcimentum , fortem , & virum bellatorem , judicem & Prophetam , & ariolum (h. e. prudentem , qui sua prudentiâ futura pravidet) & senem : & principem super quinqvaginta & honorabilem vultu & Consiliarium , & Sapientem de fabris , & peritum eloquii . Merito haec jam nobis in mentem veniunt , dum Viri olim Magnifici , Amplissimi , Consultissimi , Dn . Friderici Hortlederi JCti magni . Historiorum Germanie hoc aeo facile Coryphæi , Illustrissimorum ac Celsissimorum Ducum Saxoniarum , Julie , Clivæ , Montium &c. lineæ Vinariensis , Consiliarii aulici veterani gravissimi , exsequias intimamus . Ominari pesumè nolumus , at qui jam perturbatisimus totius Imperii Romano-Germanici est statu , quæ harum provinciarum Saxoniarum facies est miserrima , quæ temporum est horum pravitas perversissima , non

non potest non cuivis cordato & pio impendentium calamitatum aspermarum metum tanti viri obitus injicere, cui, supremos ejus ad honores quæ faciunt, nostri nunc est munerus & pietatis prolixè præstare. Natus itaque est *o. paternus* Hortlederus Anno MDLXXIX. die Luna post Esto mihi, quæ tum incidebat in diem II. Martii. Amfurti districtus Asseburgici in Archiepiscopatu Magdeburgensi. Patrem habuit virum quondam Amplissimum & Consultissimum Dn. Valentinum Hortlederum ex antiqua & per seqvifeculum senatoriâ oppidi politissimi aqvæ ac amanissimi Pegaviensis ad Elystrum in Electoratu Saxonico familia oriundum, & non minus Ecclesiastici tortiusque Equestris ordinis in Archiepiscopatu Magdeburgensi, quâ negotia Provincialia Secretarium, quâm Præfecturarum univerſae familie Nobilissimæ de *Asseburg* Capitaneum, sive Præfectum supremum Consiliarium & Advocatum Amfurti omnium primum, quo in officio magni nominis Jcti annis subsequentibus ipsi successere: Matrem vero, *Sabinam*, matronam laudatissimam, Viri Amplissimi & Prudentissimi, Dn. Ambrosii Dobeneckeri, Præfecturæ Electoralis Pegaviensis præfecti, oppidiqve Consulis, Historicis *Georgi* atqve *Jacobi Fabriciorum* scriptis per celebris, filiam. Quæ pia & curata essent educationis parentes optimi inde a cunabulis non intermisere; & quia ingenium natus filius erat vegetum, maturè in disciplinam preceptorum eruditiorum eum dederunt; cum primis vero non solum in pietatis & religionis veræ fundamentis optimè ipsum, Vir Reverendus & Literatiss. Dn. M. Jones Nicolai, * Ecclesiæ Amfurtensis tum pastor, eru-

F 4 diit,

* *Num hic sanguine junctus fuerit M. JONÆ NICOLAI, cuius Epitaphium in Aede Cathedrali, quæ*

diit, sed etiam finitis horis studiorum ordinariis pom-
ridianis *Georgi Sabini Caesaris Germanicos* prælegendio
ad studium Historicum q. manu duxit, unde ab ipsa
pueritia singulari idipsum amore *D. Hortlederus* noster
fuit amplexus. Utroque parente in puerili orbatus
estate à tutoribus suis è Saxonia abductus, una cum fra-
tre *Valentino Hortledern* Naumburgum missus & oppi-
danæ scholæ tum Rectoris, juventutis quæ mentem, quæ
os, quæ mores, rectè formandæ verè artificis, *Dn. M.*
*Johannis Litzeneri** fidei ac institutioni fuit commissus,
cui sylī, quo utebatur, tersti & omnis sermonis Latini
elegantiam acceptam ferre præcipue solebat. Eâ jam
in-

quæ hic Lubecæ est, visitur, divinare quidem
mihi haud est integrum, placet tamen illud,
licet Germanicis verbis sit conceptum, hic appo-
nere: *M. JONAS NICOLAI*, zu Kölkow ge-
boren A. 1579. zu Alsfurt informitt 10 Jahr/
zu Rostock und Wittenberg studirt / und zu
Rulpe Inspector gewesen 19. / zu Magdeburg
Pastor zum H. Geist 5. Dom-Prediger vocret
zu Lübeck 1632. 1646. den 7. Nov. seelig einge-
schlaffen / und den 12. dieses beygesetzet.

* Meretur hic annumerari doctis illis Mittweiden-
sibus, à *M. Christiano Hermanno*, im Mitt-
weidischen Denckmahl p. 322. sqq. laudatis.
Vivere autem desit Numburgi A. 1622. anno
atatis 73. postquam per 33 annos munere Scho-
lastico esset defunctus & XIV. annos privatam
vitam egisset. Vid. Concio funebris à *M. CASP.*
BERTRAMO habita & Jenæ 1623. impressa.

instructus literaturæ bona supellestile, ut cum fruge adire Academias posset, Anno MDXCIII. atatis sue XIV. eò concessit, trium Academiarum *Wittenbergensis*, *Lipsiensis* & hujus nostræ *Fenensis* successu temporis alumnus factus: Et Anno quidem MD XCVI. ad Juris studium Wittenbergæ animum applicans, Consultissimum ac Celebrissimum quondam Virum *Dn. Fridericum Tilemannum*, J. U. D. & Historiarum P. P. Institutiones Justinianæ privatim explicantem auscultavit, ejusdem quoque tum in Politicis & Historicis, tum in Oratoris exercitiis, consilio & *Zeugarygia* usus. Anno MD XCIX. hoc ubi concesserat, torum sexennium privatis publicisque in dispp. Collegiis palæstritam se maximè alacrem non sine commilitonum emulatione probavit, contubernialis Generosi ac Nobilissimi jam Viri *Dn. Friderici Meysch* / hæreditarii in *Reichenbach* & *Griesen* / Serenissimo Electori Saxonie à Consiliis intimis & Protosynedrii Electoralis Saxonici Dresdenis Praefidis eminentissimi, quo cum tum temporis amicitia ac familiaritas intimior coalta integra semper duravit. Hic studiorum *B. Hortlederi* cursus fuit, quem pietas, vita modestia, humanitas, sobrietas, officiorum promptitudo, pacis & tranquillitatis amor, candor, & quæ non virtutes aliae homine ingenuo dignæ? comitatæ. Esse voluit, quod audiebat. Anno M DC VI. XVII. Novembr. atatis sue anno XXVII. matrimonium initum cum virgine tum Nobilissima ac moratissima *Catharina* Viri Magnifici, Nobiliss. Ampliss. Consultiss. *Dn. Caroli Barth* in *Passevorff* Jcti & Sereniss. Electoris Brandenburgici Consiliarii & Cancellarii in aula Qustrinensi, filia, quæ anno superiori MD CXXXIX. II. IXbris die, quod plerique omnes novimus, ad cœlestia translata regna: parentes vero factus ex ea erat filii unius, *Fridericus Romanus*, quem anno MDC XXXV. XXV. die mensis Iulbris mors sibi

F 5
prædam

prædam fecit, & filiæ unius, matronæ honoratissimæ,
Anne Catharinae, ex qua Viro Nobiliss. Ampliss. Consultiss. Excellentiss. *Dn. Zacharie Præfeschendt* j. U. D.
 & Antecessori in hac nostra Salana celeberrimo, Consiliario Saxonico & Curia Saxonica Scabinatusque heic
 loci Adfessori, *Dn. Collegæ* nostro honorando, elocatâ
 nepotem vidit. Anno inleguenti *M D C VII.* de *justitia*
belli Germanici cœpit disputare tanto cum applauſu viro-
 rum magnorum, *Goldasti*, *Hackelmanni*, *Polycarpi*
Lyseri Senioris, aliorum, ut cerratim literis ipsum suis
 ad telam hanc pertexendam animarent: Unde ipsi operis
biforici, de *bello Germanico ejusque causis*, conſcri-
 bendi ansa data: tantâ vero induſtria elaborati, ut nec
 parem hoc in genere ante se habuerit, nec poſt ſe, præ-
 fiscini loquimur, ſit habiturus; qvod ipsum opus non
 ita pridem revisum, & magnam partem auctum brevi
 eum Deo, iterum Reipubl. bono in lucem eft prodi-
 rum. Anno *M D C VII.* Illustrissimis ac Celsissimis Prin-
 cipibus ac Duobus Saxonie, *Juliae*, *Cliviae*, *Montium* &c. *Dn. Johanni Ernesto Juniori* & *Dn. Friderico*
Seniori heroibus animosissimis, togâ & fago famigera-
 tissimis, beatiss. recordationis, Academicorum studio-
 rum fuit datus director & moderator, cui muneri, ut
 & aliis, qvæ id temporis ipsi expeditunda commissa ne-
 gotia ardua, ad *annum usque M D C XV.* ita præfuit,
 ut desiderari ejus in fide, integritate, industria, nihil
 potuerit, qvanquam, qvæ optimorum comes, invidia
 aulica non omnino defuerit. Eo à tempore in Consili-
 liorum Saxo-Vinariensium numerum adscriptus, at
 anno demum *M D C XVII.* plenariè receptus, qvantâ pru-
 dentiâ in deliberationibus gravissimis fuerit uſus, qvam
 immenso labore Archiva tum universæ Serenissimæ do-
 mui tam Electorali, qvam Ducali Saxonice, communia,
 tum domui Saxo-Vinariensi peculiaria in ordinem rede-
 gerit: qvam variis Legationibus fuerit functus, præ-
 cipue

ipius missus anno M D C XIV. mensē Martio ad Conven-
 tum Numburgensem ob Confraternitatem & Confœde-
 rationem Serenissimarum domuum Saxonice, Branden-
 burgicæ & Hassiacæ ; Anno M D C XIX. mensē Augusto
 Coburgum ante Conventum Principum Evangelicorum
 Mulhusium ; Mensē Octobri , exente ad Conventum
 Principum eorundem Nürnbergensem ; Anno M D C XXIII.
 mensē Augusto Fütrebocum ad Comitia circuli Saxoniae
 superioris : non jam refert pluribus referre. Ubique
 boni Consiliarii partes abunde adimplevit ; justitiae aman-
 tissimus : ab omni iniquitate , fastu , oppressione proximi ,
~~de~~^{de} ~~o~~^o ~~p~~<sup>p ~~a~~^a ~~r~~^r ~~y~~^y ~~l~~^l alienissimus , ut verè Samueliticum illud
 ad populum Israëlis ingrātum 1. Sam. 12. §. 3. & 4. (verba
 adponere paginae vetat angustia) transferri ad ipsum
 posuit , cuius & ipse in morbo suo fatali affectum atque
 amore suum erga oppidum hoc Jenense pluribus con-
 testatus mentionem injecit. Verum præterea Christianum
 sese exhibuit , cui non in lingua & ore hærebat , sed
 intimis cordis fibris pietas erat radicata : itaque vix ul-
 lam , nisi per valetudinem incommodam , Verbi divini
 Concionem neglexit : S. Synaxi in publico Ecclesiæ
 cœtu frequenter fuit usus ; domi in S. Bibliorum , &
 scriptorum Theologicorum & cum primis homiliarum
 Evangelicarum D. Miri , quas & suis seriò commen-
 davit , adsiduus . Prudentii hymnis , quos memoriam
 fere tenebat omnes , ut & Bernhardi , Lactantii , Augu-
 stini & aliorum Ecclesia Patrum scriptis maximè fuit
 delectatus ; In periculisfima hac bellicorum tumultu
 tempestate , quæ nec dum à nobis aversa , verè eos
 inter fuit , qui soli Deo noti seriis precibus & suspiriis
 in ruptura coram eo se sisunt , ne terram perdat : siquidem
 ex ipsis Sacris literis non ita pridem preces colligit
 devotissimas , quas una cum Psalmis bellica ad tempora
 accommodatis cotidie ad Deum justit effundere ; ipse
 vero ut plurimum genibus incumbens fuit precatus .</sup>

Mor-

Morbus ipsum & qvidem febris tertiana triplex, mensis proximè elapsi Maji die XXI. primò corripuit, qvætum ob paroxysmos succedaneos, tum ob terrorem postridie ex sclopeti, cuius glans supra caput ipsius in domus hypocaustum transit, dislosione ortum, citò in continuam degeneravit: suâqve contumacia omnem Medicorum curam, operam & diligentiam, eti eam summam, & omnem medicamentorum, eti exquisitissimorum, vim ac efficaciam elusit. De valetudinis ergò suæ instauratione æger dubius obitumque q. præfagiens plurimum Reverendum Dn. Superatudentem nostratem ad colloquium Christianum accersiri ad se XXIX. Maji horis matutinis iusfit, quo adveniente statim peccatorum confessione & ab iis absolutione prævia munendum se S. Coena Dominicæ ad futurum hac ex vita iter curavit, totaqve die redemptoris sui IESU Christi merito sese exexit, chorumque Symphoniacum ea die ante fores cantantem modulari cantiones solitorum plenisimas voluit. Domui etiam suæ citò dispositione certa providit, nec ærarii apud nos Ecclesiastici oblitus, eui qvod manus sua avo hoc calamitosissimo invenit, simplici & lubenti animo dedit & legavit. De vita prorogatione ulteriori nihil audire qvicquam voluit, dissolvi cupiens & cum Christo suo esse: itaque qvas ipse preculas pro moribundis ex S. Scriptura suo precatiōnū libello sua manu consignarat, prælegi sibi idem iusfit. Voti tandem compos sui facilius *nudius tertius horæ prima maturinæ*, cum paulò antè aliquoties qvæsitus, an Dominum suum Jesum corde teneret, lingvâ qvamvis invalida, satis tamen clarè vocula Iesu subinde respondisset, placidissimè spiritum emisit, & reddidit ei à quo acceperat; quo ipso momento & candelæ, in conclavi posita, sua sponte, alimento non deficiente, extincta fuit; utinam ne ominis qvid hæc improvisa & spontanea luminis extinctio secum trahat!

O clementissime Deus, pater misericordiarum, respice nos oculis benignioribus, & qvicqvid impendet mali averruncia propiis! serva, tuere, qvi pietate, prudētia, virtute, eruditione præstantes hodieque de Ecclesiā, de Republ. de Academia nostra & juventute literaria benē merentur, in tui nominis gloriam, Ecclesiæ incrementum, Reipubl. salutem, & Academiæ nostræ emolummentum! Funus magni olim nostri Hortlederi effertur hodiè ad horam I. pomeridianam. Vestram συνάθεσιν, Cives Academici, genero & filiæ mœstissimis frequenti comitatu declarate uberrimè. Sic pietas jubet, sic virtus demortui excellens & merita in Aulam illustrem, in Rempubl. omnem, in hanc Academiam poscent, sic generi optimè de vobis merendi studium svalet. Sed pluribus supersedemus, de vestra promptitudine satis certi. F. P. VII. Jun. Anno M DC XL.

SCRIPTA.

*Handlungen und Ausschreiben von Ursachen des
Deutschen Krieges / Francof. 1618. Fol. &
Gothæ. 1645. qvæ editio locupletior est priori,
licet in ea nonnulla ad ordinum qvorundam
instantiam fuerint immutata, notante, B. G.
Struvio in Bibliotheca Juridica p. 338.*

*Onuphrii Panvinit libellus de Comitiis Imperii,
cum Notis Frid. Hortlederi, Argent. 1613. 8°
Leg. Struvii Biblioth. Jurid. p. 414. sq.*

*Fr. Hortlederi summi honores, quibus Principis sui
pii, probi, perbenefici, literati, gnavi, fortis,
incliti, sed nunc denum felicis atque fortunati
Domini Friderici Senioris, Ducis Saxon. funus
mœstus*

mœstus & infelix comitabatur, all. B. G. Struvio
in Biblioth. Histor. p. 580.

Henning. quoque Wittenius in Diarii Biograph.
T. II. p. 51. sequentes Tractatus. ab eodem edi-
tos, adducit: De Concurso Actionis realis, meræ
ac pœnalis mixtæ : De ratione Legis publicæ ex
vero sensu L. non omnium 20 D. de LL. ejus-
que genuinis exemplis. De Lege Regia Roma-
norum. De justitia belli German. &c.

In Bibliotheca Ducali Gothana Catalogum Numis-
matum ab Horstledero contextum reperiri, resis-
tis est With. Ernestus Tenzelius in tucker Beschrei-
bung der Sächsis. Beylagers Solemitäten
geprägten Medaillen und Schaustückon: In
der Fürstl. Biblioth. zu Gotha steht ein geschrie-
benes Inventarium über Herzog Ernstens zu
Sachs. Münzen/ welches der in Sächsischen
Historien unvergleichliche Horstleder gemacht.

L. JOHANNIS MICHAELIS,
Eloq. Prof. Publ.

Oratio Parentalis in Obitum

JACOBI GERSCHOVII,

J. U. D. LL. Orient. & Poët. Profess. Publ.
in Academia Gryphico-Pomerana

Anno MDCLV. d. XXIX. Sept. denati,
habita, atque è MSto eruta.

Qvod

Quod si Philosophiam paucis perver-
 stigemus, illam sane inter alia tantæ præ-
 stantiae & dignitatis esse animadvertisimus,
 ut nemo hominum eâ, qui summum Bo-
 num asseqvi desiderat, ulla ratione carcere poscit. Ex
 hac enim intelligit pauper, quomodo sustinere pauper-
 tam, dives, quomodo uti dñitatis debeat: hæc, quid
 inter Patrem & liberos, quid inter Virum & uxorem,
 quid inter fratres, cognatos, amicos, cives, quid de-
 niq[ue] inter omnes homines observari par sit, exponit.
 Philosophia homines rerum modum virtutes amplecten-
 di, & econtra vitia fugiendi docet. Illa parantur veru-
 illæ opes animi, quæ nec furem, nec prædonem me-
 tuunt, nec incendio nec naufragio sunt exposte, quæ-
 que certam veramque viam ostendunt ad perseguendum
 id bonum, quod cetera omnia complectitur. Sine Phi-
 losophiæ cognitione muta conticescat eloquentia, manca
 & mutila erit juris legumque cognitio; imo ipsa domi-
 na & Regina artium Theologia animos requirit dili-
 genti hujus disciplinæ tractatione præparatos atque
 præcultos. Verè igitur dici potest Theologia manus,
 fons Jurisprudentiæ, caput Medicinæ. O præclarum
 Philosophiæ laudem, cuius ope ne mala quidem nocere;
 quæ detracta ne bona quidem prodebet possunt! o divina
 atque admirabilis scientia! O mentis nostræ clarissi-
 mum lumen! O vita humanae præcipua gubernatrix!
 Non immerito ille Latinitatis Parenis Cicero Philoso-
 phiam virtutis indagatricem, vitiorum expultricem
 appellavit. Plato nullum à Diis datum esse hominibus
 ea majus aut præclarius donum existimat. Hanc præ-
 stantiam etiam ex ejus objecto colligere possumus, quod
 nihil aliud est, quam res divinae & humanæ, prout ex
 definitione Philosophiæ constat, quæ est rerum divina-
 rum & humanatum Scientia. Quam, & Imperator
 Juris-

Jurisprudentia tribuens propterea veræ & non fucatae Philosophiae Sectatores appellat JCtos. Qvod finem hujus disciplinae attinet, illum Summum Bonum civile esse nemo certè inficias ibit. Qvanto igitur ceteris omnibus bonis antestat felicitas, tanto Philosophia ceteris artibus antecellit. Si tanto in honore Medicina ponitur, qvod habere mitigationem morborum, quibus corpus laborat, firmæque valetudinis cum effectrix, tam conservatrix esse creditur; qvi denique honores ex cogitari poterunt, ea arte digni, qvæ se in animis idem effecturam esse profitetur? Nam & præstantior corpore animus est & hujus, qvam illius multo plures morbi, multoqve periculostiores. Qua re cum nihil sit beatius, relinqvitur, sumnum etiam honorem his, qvæ tam divinæ scientiæ operam locant, jure meritoqve deberi. Sicut autem noster B. D. *Jacobus Gerschorius* titulum nomen qve Philosophi venerabile optimè tutatus est in vita sicut morte eundem non esse debito encomio fraudandum arbitror. Qvare constitui laudes ejus non pro merito, sed pro ingenii modulo & pro eloquii paupertini apparatu satis tenui breviter repræsentare. Illud modo A. H. subiectissimè ob servo & officiosissimè contendo, ut mihi non dicenti, sed balbutienti vestrae benignitatis & æquaminitatis Zephyrus spiret, qvo alas dicendi evham felicius, proveham felicissime, subsistam quietissime.

Ut autem hinc potissimum Orationis meæ auspicium sumam. Natus est hic beatus Dn. *Jacobus Gerschorius* anno 1587. inter 6. & 7. Martii noctem. Pater ipsius fuit Reverendus & Doctissimus Vir Dn. *Laurentius Gerschorius*, Medoënsis in Præfectura Stolpensi Pastor dignissimus. Mater erat pudicissima Matrona Maria Germana. Avus paternus exstitit Spectatissimus Vir Dn. *Michaël Gerschorius* civis nobilissimi empirii Amsterodami: Avia paterna *Albeida Bernardina*: Avus maternus *Johannes Germanus* civis Treptoviensis, Avia

materna

materna *Anna Erdmanns*. Proavis paternus fuit *Laurentius Gerschovius* Senator Daberensis, qui uxorem habuit *Elsam Grugeriam*. Proavis maternus *Jo. Germanus*, cui uxor fuit *Catharina Reuters*. Quamvis autem ingens naturæ fortunæque donum sit, nec adeo contemptum habendum, honesto & antiquo oriundum esse stementat, tamen hec ipso nemo gratia divine aut vita æternæ hæres evadit, merito Parentes ejus pie defuncti summo in id studio incubuerunt, ut ipsum Christiana religione per Baptismum devincirent, & ita civium Dei numero & Candidatorum vita æternæ adscriberetur. In tenera hujus ætate jam tanta elegantis ac bonæ indolis semina animadversa sunt, ut conjectu facile esset, hunc puerum aliquando bonum Virum esse futurum. Qvare Parentes ejus nihil magis curæ cordique habuerunt, quam fidelem ejus in studio pietatis, morum integratatis, optimarum artium informationem. Quarum in privata per Pædagogos facta institutione, jactis feliciter fundamentis Anclamum primo, postea Fridlandiam in Scholas triviales ablegant, ad capellendos ubiores ingenii fructus, in quibus etiam tantum profecit, ut anno 1605. relixis illis Scholis ad illustre Pædagogium Stetinense concesserit, ubi, praeunte *Christoph. Bütelia*, & *M. Christophoro Hunichio*, bonis literis operatus biennio post cum insigni emolumento suo hanc almam nostram Gryphicam adire, & sublimioribus animum applicare studiis licuerit; ubi per triennium in conviœ Amplissimi & Consultissimi Viri *Dn. D. Frederici Gerschovii* jCti & Antecessoris celeberrimi, Agnati, post etiam Collegæ & Compatriis honoratissimi, diligentiae & industria ut incitamenta habuit, sic specimen dedit creberrima. Anno 1609. Hafniam Dania migravit unde post exactum annum Regiomontum Borussorum appulit. Hic ephoriam apud nobiles duos Juvenes genere Beloyios, Dominos in *Wünsterberg* sortitus.

sedulam ipsis in literis humanioribus operam navavit. Neque tamen suis rebus interea desuit, qvin studia Politica & Juridica acerrimè sectatus est. Nec satis habuit Clarissimum Ictum Dn. *Gothofridum Schardium*, publicè inter alios docentem freqventer audire; sed & Collegio Juridico *Laurentii Stephani*, nuncj. U.D. & Antecesis: foris in Academia vicina Roffochiensí ut & Consiliarii Ducalis gravissimi, se cum aliis Commilitonibus aggregavit, & sub moderamine ejus de Jure publice respondit. Absoluto iterum in hac Academia biennio, & dimisis domumqve deductis discipulis fidei suæ concorditis ad vi- fendum alias Germaniæ tam superioris, qvam inferioris Academias famigeratas, Wittebergam, Lipsiam, Jenam, Erfordiam, Marpurgum, Giessam, Coloniam Agrippinam, Ultrajectum & Leidam concessit. Hinc in Angliam trajecit, Londinensem juxta ac Cantabrigiensem Academias salutavit. Inde iter in Galliam meditatus Rhomagum ad Seinam, postea Lutetiam seu Parisiis adventat. Singulis hisce locis, qvæ notatu digna annotavit sedq; lò, inq; ve notitiam ac familiaritatem Doctorum qvamplurimorum sese penitus insinuavit, & sic debitum finem & scopum peregrinationis abundè est consecutus. Ex Gallia porro in Argentinam profectus captusq; urbis splendore & amoenitate, aliquamdiu ibidem commorari decrevit. Hic non artibus solum liberalibus & Juris studio vacavit, sed & lingvas Orientales, præcipue Syro-Chaldæam & Arabicam, addiscendi egregia qvæsi in finum data occasio: præ eunte in hac literatura Viro Clarissimo *Michaële Wudriano*, patria Demminensi. Sub cuius ductu tantos fecit progressus, ut Clarissimus Dn. *Buxtorius*, ex vicina Basileensi Carmina & Orationes, qvæ *manacītis* nosfer hisce linguis concinnaverat, sibi peteret transmitti. Tandem & de consilio Parentis in ista Universitate lauream Magistralem honesto ambitu petiit, & cum laude impetravit,

Brabeuta

Brabeuta Clarissimo & Experientissimo Viro, *Dn. Jo.
Ludov. Havenreutero* Phil. & Medic. Doctore. Qvo
honore decoratus laudabili tenebatur cupiditate invisendi
& reliqvas antea non visas Germaniae Academias. Qva-
re Argentinæ vale dicto Mülheimium, Tubingam, Frei-
burgum, Basileam & vicina loca alia iustravit. Qvo
facto à Parentibus domum revocatus in retrogressu
Spiræ Nemetum per aliquot menses substitut ad percipi-
endum processum & ordinationes Camere Judicialis.
Inde Heidelbergam, Francofurtum, Moguntiam, Tre-
virim abiit : porrò vicissim Coloniam Agrippinam &
sic Amsterodamum est reversus. Unde cum cursore pu-
blico Brēmam, Hamburgum, Lubecam, Rostochium
advectus, lares denique Patrios salvus & incolumis post
itinerum errores & anfractus revisit, cum gaudio ab
utroque Parente senio & canitie venerandis exceptus.
Adhac ingenio præclaro & tanta memoria felicitate
erat præditus, ut vix ullum in universo terrarum orbē
genus sit idiomatis, cuius exstant monumenta conse-
cerata perennitati-literarum, qvod non assiduitate laboris
perverstigarit, & qvod admirationem auget, non vivæ
vocis præfido, non ope Interpretis subnixus, hascæ mo-
lestias exantlavit, sed suis auspiciis rem gessit, usus
tantum mutis illis Magistris, qvos fidelissimos Consilia-
rios appellat eximius Regum Alfonus. Imprimis
autem singulare navabat studium & operam in perversti-
gandis præclarorum virorum & tam de Ecclesia, qvum
Republica bene meritorum natalibus & Genealogiis;
cujus rei si utilitatem spectemus, illam utique non exi-
guam esse deprehendemus, siquidem hoc ipso multis an-
sam dedit & calcar ad virtutem Majorum imitandam,
& sæpenumero multis litibus in familia herciscunda occa-
sionem præcidit, dum litigantibus partibus propriæ
interdum familie ignaris ortum generis sui & cognationis
vel affinitatis gradus in Genealogicis suis ostendit.

Qum autem inflammaret eum igneus vigor & afflaret ille
 Spiritus, ut ad Poësin accingeretur, quis cum eo paria
 fecit? Quem non longo intervallo post se reliquit?
 Qvare etiam Spartam suam hic venerandus Senex in
 Poëstam sacra qvam profana egregie apud Juventutem
 ornavit. Qvis in Hebraica lingua viam vidit, qvâ ire-
 tur ad carmen, aut visam feliciori pede calcavit? ideoqve
 juventutem in hac lingua sedulo exercuit. Qum au-
 tem habeant hæc studia suam qvandam tempestivitatem,
 nec senior ætas promendis Musarum fortibus idonea aut
 habilis esse videatur, illud maximè mirandum est, in
 nostro sene perpetuam ingenii alacritatem & juventutis
 indolem effloruisse, nec ullum ex Senectute deliquium
 mens ejus unquam sensit, sed accessionem prudentiae &
 judicij maturitatem reportavit. De qvâ memoria, do-
 ctrina & eruditione Clarissimi hujus Viri forsan latior
 se ferret dicendi campus, si tempus sufficeret. A
 Patentum amplexu non ita longo intervallo post redditum
 in Patriam avulsus hortatu *Dn. D. Friderici Gerschovii*,
 Con-Rectoratum Scholæ oppidanæ oblatum suscepit.
 A qvo post sesquiannum ab Illustrissimo & Celsissimo
 Principe *Philippo Julio*, gloriose memorie, ad profes-
 sionem Poësos est in hanc Academiam vocatus & legi-
 timè constitutus. Dicendum nunc est de virtutibus *B. Gerschovii*. Interiorem autem vitam & mores ad humani-
 tatem, tranquillitatem & mansuetudinem ex amusi compo-
 sitos qvis adeo hospes apud nos est, qvi ignoret? Qvæ laus
 in filiis præcipua est reverentia adversus Parentes & eorum
 preceptis ac monitis obtemperatio, ea ille praestitit,
 ut nunquam omnino neque privatis, neque publicis in
 rebus voluntas ipsius à sapientissimorum Parentum Con-
 ilio discreparet. Pacem & concordiam non cum suis
 modo Collegis, sed cum unoqvoqve homine, quantum
 in se fuit, libenter coluit: cuius vinculum citius, qvam
 rumpi pateretur, ipse injurias ferre atqve musitare, &
supremo

supremo potius Vindici ulciscendas permittere voluit.
 De pietate autem in DEum quid nunc plura prædicem?
 Hic amorem DEi cum ipso Nutricis laetè fuxit, totaque
 mente penitus combibit. Reète & convenienter verbo
 divino, qvod venerandus Senex noster non privatim
 solum in fontibus æque ac Versionibus emendatisimis
 assidue legit, relegit, serutatus ac meditatus est: sed in
 publico pariter Ecclesiæ cœtu magna cum devotione
 auscultavit. Cum quo & usum Sacrae Synaxeos ut fre-
 quentiorem, ita religiosum & pium, qvoties Conscien-
 tie ratio efflagitavit, conjunxit. Ceterum temperantiam
 ille maxime adamabat, optime sciens, qvod *Christianum*
 sobrie & temperanter vivere omnino deceat, & qvi
 eam colat, non leves afferat fructus: siqvidem (teste
 Divo Bernardo) sobrietatis & verecundiae sive modestiae
 comes est temperantia: humilitatis regulam cultodit,
 servat animi tranquillitatem, continentiam & castitatem
 diligit, decus sovet & honestatem, refringit rationis
 appetitum, iram contemnit, nec rependit contumeliam.
 Hinc etiam *au^taq^{ue}re* adeo adamabat, ut nunquam
 altiora appeteret, aut sortem suo proximo invideret, sed
 sua sorte divinitus corcella contentus vivebat. Qyam
 humanus, qvam Beneficis pie defunctus noster erat
 omnes homines fuerit, neminem vestrum, Auditores,
 latere puto: siqvidem ejus præstantiam & utilitatem optimè
 habebat cognitam. Qya de eleganter Cicero loquitur
 his verbis: Homines, inqui, ad Deum nulla repro-
 prius accedunt, qvam salutem hominibus dando: &
 iterum omnibus, ait, est odio crudelitas, & amor
 pietas & humanitas. Superbiam inexpiabili aversaba-
 tur odio & diris atqve execrationibus devovebat. Et
 tantum de virtutibus seqvitur jam, ut paucis de ma-
 trimonio B. nostri *Gerschorii* dicamus: Anno autem 1621.
 sancta matrimonii lege copulari sibi fecit locutissimam &
 pudicis-

prudicissimam feminam *Ilſaben Böſtelmannis / Dr.*
Nicolai Paschen viduam superstitem , prope biennium
 abhinc beatè defunditam . Qvæ ipsi geminam sobolem
 procreavit , unam masculam , *Bartholdum Fridericum* ,
 feminei sexus alteram , nomine *Ilſaben* ; utramqve in
 tenella statim ætatula excedentem . Nec hic pius &
 Christianus animus cruce & calamitate , qvæ fors est
 fidelium communis , potuit superfedere : Nam ut alias
 ærumnas taceam , sesquianus ferè est , ex qvo gravi cor-
 receptus morbo , qvem tympanit vocant Medici , qvem
 qvæ alia comitata sunt non levia symptomata , domi
 utplurimum in lecto se continere est coacitus . Videte A.
 quantum hic constantis & infraicti animi specimen - noster
 ediderit , ut nunquam Deo dissideret , se ab ejusmodi
 malo eum posse liberare , sed toto illo tempore , qvo
 domi desedit , aut lecto affixus fuit , sermones meram
 pietatem spirantes tanquam ex adytis effudit , & præter
 alia hymnis *Davidicis* hebreo idiomate decantatis * mi-
 trificè se recreavit , suamqve tum vitam , tum mortem
 Redemptori suo ardentissimis precibus unice commisit .
 Postquam autem epulo divino corporis & sanguinis Christi
 pastus ea , qvæ *Christianum* decet , religiosissimi cordis
 devotione , placido , tranqillo ac beato obitu in vera
 Christi invocatione decessit .

Cognos-

* *Ad XXV. Psalmum Davidis hic præcipue respici*
ex Conc. funebri , quam D. Abrahamus Battus
in Ps. XXV. v. 1-5. habuit , colligi potest , ubi
verba p. 10. ita fluunt . Diesen (25sten) Psalm
hat insonderheit der selig verstorbenen Herr
D. Gerschow hoch gehalten / daß er denselben
täglich in Hebräischer Sprache gesungen / und
andächtig gebetet .

Cognovisti igitur, A. O. brevem discursum de vita & morte B. DN. D. JACOBI GERSCHOVII- Subsistit & à vobis perhumiliter peto contendoque, ut hæc, quæ à me prolata sunt, animis vestris inscribere velitis. Hem! quantum column Reipubl. literariæ cecidit, quo ea valde fulciebatur. Jam enim terre mandatur illud os, quod antea suaves stillabat sermones; jam tumulo tegitur ipsa dexteritas: Jam desit in terris superesse præclarum illud & quasi divinum ingenium, quod tangit adamam in E. nostro *Gerschovio* fulgebat. Plange igitur, o Studiosa juventus, quæ spoliata es magno Viro, qui te egregio exemplo tam virtutum, quam eruditiois & industria preebat. Plange, o Academia, quæ naufragium fecisti tui decoris & ornamenti maximi. Et si autem nobis per aliquot tempus, Vir beate, subductus sis, tamen,

*Dum juga montis aper, fluvios dum piscis amabit
Dumque thymo paſcentur apes, dum rore cicadæ,
Semper honoros nomenq; tuum, laudesq; manebunt.*

Interea vive, o beate *Gerschovi*, vive, inquam, & vigi-
cum celicolis in æterno gaudio, dum tibi morte allo-
ciamur. Dixi.

Scripta à Clar. DN. M. CHRISTOPH.
PYLIO, Gryphico, mecum benevole
communicata.

Trophæi Europei exhibentis 62. Majores utpote 31.
Progenitores & 31. Progenitrices usque in quin-
tam generationem Omnium Imperatorum, Re-
gum, Electorum, Archiducum, Ducum &c.
Centuria Athenæa. Gryph. 1624. fol.

Trophæi Europei - Quadragenarius. Ibid. 1626. fol.
Psalterii Davidici Hexaglotti & Decastylī decas
prima. Ibid. 1640. Fol.

Mundi Jubilei quinqagenarii; Decades variae, quatuor
rum nonum est Gryph. impressam 1641. in 4.

Epiſtola ad Carolum Gustavum premissa Genealogie

Caroli Gustavi Regis Sveciae, à nepote suo Ger-
ſone Gerschovio contextæ, ibid. 1655. Fol.

Varie Genealogie & Relationes histor. Chronologicae,

in quibus programmata recensentia omnes Aca-
demias cum tempore fundationis, Longitudine

& latitudine locorum in quibus videntur &c.

Rectori Magn. Acad. Gryph. Ernesto Bogislao
Duci Croyano gratulatus est, Genalogia ejus ad

Adamum usque protensa, una cum Catalogo

omnium Rectorum Academia nostræ. ann. 1634.

in 4. In Cobabi Doctoratum ann. 1655. d. 12.

Febr. produxit varios Doctores Theologie or-

dine Alphabetico, & omnes Doctores, Magi-

strosque in Acad. Gryph. ab Anno 1456. ad

1655. promotos. in 4to & que sunt reliqua

fere innumera.

RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS

Ad funus professorium amplissimum

VIRI

Amplissimi, Excellentissimi & Experientissimi

DN. L. PHILIPPI MÜLLERI,

Mathem. Prof. P. Collegii Majoris Colle-

giati, Acad. Decem Viri & Alumnorum Elec-

Ephori meritisimi, totius Academ. Senioris,

post 3. pomer.

Cives Academicos invitat.

Inter

Inter illustres in Republica literaria Viros, qui seculo currenti lumen foenerarunt, suum etiam sibi locum jure transcribit Vir Amplissimus, Excellentissimus & Experientissimus *Dn. Philippus Mollerus*, Med. Licentiatus, Mathematum per seculi sc̄re dimidium Professor, Collegii Majoris Collegiatus, Alumnorum Elect. Ephorus & Acad. Decem Vir, de singularis Collegiis, qvorum pars fuit, Senior meritissimus, lumen hujus Philyrae splendidissimum nudius septimus extinctum. Ultra semissim seculi non multum abiit, cum Uraniburgum suum in insula Helleponi Danici à Daniæ Regibus sibi permissa Hyæna sumtibus ingenib⁹ & τῶν τυχόντων ille, illustris *Tycho Brahe** condideret, instrumentis Mathematicis raris & magno precio comparatis (ultra 100000. qvippe aureos extra sumtus Magnatum de suo se impendisse scribit) illud repleret, semperqve cœtum aliquem Astronomiæ Studiosorum, de qvibus præclara spes erat, futurum in orbe docto seminarium, gratis aleret. Verum qvanta jam in isto loco vallities? quantum vicisitudinum humanarum evasit speculum? Qui locus cœlum terrestre videbatur & Daniæ totius ocellus, jam miserè devastatus Bellonæ sedes & infinita calamitatis factus est hospitium. Firmissi sibi Uraniburgum in monumentis literarum & Discipulis toto terrarum orbe celeberrimis *Keplero*, *Longomontano*, *Rhodio* Ec. qvām in monumentis aedificiorum & lapidum congerie Vir ille divinus sibi struxit. Illud non ultra seculi semissim duravit: de hoc non secus ac Poëta *Sulmonensis* de absoluto Metamorphoseorū scripto cyclico canere poterat:

G 5

Ipse

* Vide *Astron. ipsius Mechanicam* in fol. Ubi delineationem insulæ, *Uraniburgi*, & omnium Instrumentorum *Marth.* invenies.

*Ipse opus exegi, quod nec Jovis ira, nec ignes,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas.
Cum volet, illa dies, quae nil nisi corporis hujus
Jus habet, incerti spacium mibi finiat ævi,
Parte tamen meliore mei super alta perennis
Astra ferar, nomenq; erit indebile nostrum.*

Firmissimum tandem Uraniburgum extra omnem telorum jactum positum, seculis infinitis habitandum in ecclis obtinuit. Tale sibi Uraniburgum, vanitatem vanitatum in rebus his fluxis & caducis altius expendens. Beatissimus noster Müllerus ingenio, scriptis divinis, & qvos diu fatis eruditiv, discipulis Astrophilis, tandemque fide in CHRISTUM ære perennius sibi struxit, semipaternâ proinde memoria posteritati colendus. Si nomen & effigies veterum heroum sèpius ob res non magni momenti cœlo intulit antiquitas, ut Poëtarum fabulas adhuc in cœlo legere liceat, digniores profectò fuissent, qui cœlo ipsi lumen intulerunt, *Hipparchus, Ptolomeus, Copernicus, Tycho Brahe*, cum ὄμοτεχνοις suis, qvorum nomen & effigies inter sidera usqve ad πανολεθρίαν hujus universi scintillet. Cœlo dignum fuit & hoc Müllerianum nomen, si eruditionis raritatem & meritorum in hanc Academiam pondus ad obrussam judicii sanioris quis examinare velit. De multiplici eruditione in linguis & humanioribus ad invidiam præclaræ ne tantillum impræsentiarum injiciemus: Mathesin saltem, rarissimum istud & divinissimum studium, qvod per seculi semissem ferè summa cum laude in hac Acad. professus erat, si Virum videre cupis, mihi vide. Tanta certè propter tot disciplinas subalternantes & subalternatas istius est amplitudo, ut disciplinas omnes Philosophicas junctim sumtas amplitudine suâ superare videatur. Tredecim libros Geometricos Euclidis specto satis amplos,

amplos, & tamen aut hæc, aut nulla præcepta brevissima
 censet Autor: Nihil ibi de Trigonometria: nihil de canone
 sinuum nihil ibi de aliis repertis novis. Arithmeticam specio
 & illam quidem satis prolixam, sed si logisticam adjicio
 Astronomicam, Algebraicam & seculi labentis inventum
 novum, mirabilem illam Logarithmicam, qvanta sibi,
 qvæso, spacio vendicat? Quid de doctrina Sphærica,
 de planetarum theoria, de computo Ecclesiastico, de
 Chronologia, de Geographia, non illa puerili, cuivis
 & ubivis obvia, sed verè Mathematica, de Optica, de
 harmonica, de mechanica, de architectonica civili &
 militari, de scioterica, de hydragogica, pluribusqve
 disciplinis subalternatis in hunc usque diem certo nu
 mero nondum comprehensis, in qvibus omnibus ad
 miraculum excelluit *μαναπίτης*, dicemus? Meri
 torum pondus qvod concernit, antecessoribus suis in
 Fac. Philosophica Senioribus *Foachimo Camerario* (cui
 parem non habuisse Germaniam censor ingeniiorum
 acutissimus *Lipsius* putat, *Scaliger* ipsum *Calvisio* jun
 git, & inter Lipstenses hos duos, eeu duo luminaria,
 reliquæ prefert) *Matthæo Dressero*, *Johanni Nedelio*,
Johanni Friderico & Conrado Bavaro, qvibusdam, etia
 tem si spectes, septuagenariis, qvibusdam sexagenariis
 ipse sexagenarius Academicus palmam aut dubiam facit,
 aut intervertit. Quantumvis autem, ut diximus, in
 discipulis certatum etiam ex locis remotioribus hoc qvondam
 confluentibus, suis Auditoribus, perpetuam sui me
 moriam relinquit (orsan etiam, si vigilias suas adhuc
 plures typis publicis descriptas in lucem emisisset, ma
 jorem) hoc tamen execyiarum die recensendo vitæ cur
 sum vix imitabilem & Nos famæ *τις μαναπίτης* posthu
 ma velificabimur. Editus in hanc lucem fuit Vir dictus
 Amplissimus, Senior Academiæ venerandus, Hertzbergæ
 in circulo Saxonico, superioris seculi jam vergentis
 anno

anno 85. tertio Id. Febr. Patre Viro perquam Reverendo
nec non Clarissimo Dn. M. Johanne Müllerō , tum tem-
poris Ludimoderatore Hertzbergensi , postmodum Dia-
cono Strelensi , cumque reversus esset ex suo exilio , in
quod Exorcismi tempore conjectus erat , Pastore Frauen-
steineni , deinceps Oederensi , tandem Superintendentente
Chemnitzeni , qui Tschopae anno etatis 52. cum injun-
ctorum ibidem satageret , in CHRISTO placide obdor-
mivit , & Chemnitium delatus in æde Parochiali terre-
suit mandatus : Avo , Dn. Philippo Müllerō , Scholae
provincialis Miseniensis quondam Diacono : Matre Fo-
mina lectissima , cui sexus icone non vulgari , Benigna ,
Dn. Petri Kormanni , Pastoris Honensis & postea Wett-
teraiensis ad Elystrum filia . Civitate Dei per baptis-
tum donatus partim à Domino Parente , partim Ludimoderatore Oederensi , Dn. Bartholomeo Klemmio , pie-
tate , linguis & artibus humanioribus , ad quas non
factus , sed natus , non institutus , sed imbutus videba-
tur , usque ad annum etatis 15. sicut initiatus . Quare
cum ex ephebis excessisset & præcellens hoc ingenium
frænis potius , quam calcaribus opus haberet , anno
præcipitantis seculi superioris 99. in hanc Philyream con-
cessit , ut telam studiorum feliciter inchoatam feliciter
pertexeret , nec sine testimonio satis honesto . Diclo
solenni Sacramento sub Rectoratu Dn. D. Joachimi Tun-
ekii P. P. ab ore tum Dn. Professorum in prælectioni-
bus publicis , tum privatorum secundum statutorum
Academicorum tenorem totus pependit .

Commodum verò Ipsi accedit , ut , intervenienti-
bus systaticis Dn. M. Danielis Henichii , Concionatoris
tandem Electoralis , Dn. Georgium Cremerum in linguis ,
& Dn. M. Christophorum Hunnichium in Philosophicis ,
principiè Mathematicis , Præceptores nancisceretur . In
publicis verò prælectionibus Dn. L. Wolfgangum Cor-
winum , Dialetticam Melanchthoniam à capite ad calcem
per

per sexquiennium explicantem (ut & privatum librum
Philippi de anima) *Dn. M. Johannem Albinum* 6. libros
En. Virgilianos, l. 1. Serm. *Horatii* & *Comœdiam Terentii* 2. scholiis illustrantem, *Dn. D. Matthæum Dresserum*, historias enarrantem, ut & *Orationes quasdam Ciceronis* resolventem, *Dn. D. Christophorum Meurerum* Commentatio in *Sphæram Sacrobosci* & l. 1. *Eucl.* texentem, in primis *Dn. M. Johannem Neldelium* prætrem suum *Logicum* pandentem, nec non *Ethice* ac *Pol. Aristotelis* facem prælucuentem, & *D. M. Johannem Fridericum* εξηγησιν 4. *Meteor.* Ar. tradentem, privatum vero physice Aristotelice synopsis suis γνῶστοις communicantem non sine fructu audivit. In quo ipso Domini Avi sui vestigia preslit, qvi, fidem facientibus manuscriptis relictis, ex prælectionibus *Camerarii*, *Meureri*, *Lycii Strasburgeri* & aliorum supellecitem eruditionis non contempnendam sibi comparaverat. Exacto in hoc Musarum tilieto triennio, nomen suum inter Candidatos primæ laurea fuit professus, qvam etiam sub Decanatu tum temporis *Dn. M. Erharti Lauterbachii*, postmodum *S. S. Theol. Doctoris* & in Præsulatu Numburgensi Superintendentis cum laude obtinuit. Hanc post biennium, anno sc. 1604. gradus in Philosophia summus, Pro Cancellario *Dn. M. Conrado Bavarо*, Decano *Dn. M. Johanne Neldelio* non sine Praeceptorum & Promotorum applausu exceptit. Hic basi substrata, consilio Nobilissimi ac Strenui Viri *Heinrici ab Einsiedel in Scharffenstein* / Mecenatis sui magni & consensu *Dn. Parentis* ad studium Medicum animum applicuit, &, oculum ad metam dirigens, Dominis Professoribus publicè docentibus per triennium ἀπόριξ adhæsit. Ut vero specimina eruditionis hac in arte comparata ederet, sub præsidio Domini *D. Tancij de Erysipelate*, sub que præsidio Domini *D. Sigilicii* disputationes publicas

eum

cum laude habuit. Vadum etiam favoris apud Dn. D. *Balthasarem Gitterum*, Fac. Med. Decanum & Dn. D. *Christophorum Brunonem P. P.* modestâ studiorum oblatione quæsivit, & invenit. Qvicquid verò in Botanicis tenuit, commilitoni suo tum temporis Dn. *Ludowico Jungermanno*, Med. tandem Doctori ac Professori Altorphino celeberrimo acceptum tulit. Interea temporis alios in Philosophia docendo scipso perfectior factus locum in Inlyta Fac. Philosophica non difficulter anno 608. obtinuit. Sufflamen anno seqq. per obitum Domini Parentis studiis suis non parvum injectum sensit, curis Oeconomicis in Ipsum tanquam primogenitum domi devolutis. Per biennium siqvidem cum *Matis* suis inducias pangere, imo curis domesticis obrutus animum ferè de continuandis studiis abjecere fuit coactus. Verum enim vero, ut saepius, cum conformatum videtur, Θεός απὸ μηχανῆς intervenire solet: ita & h. l. τῷ μακάρῃ duo Viri Nobilissimi *Heinrichus Hildebrand* ab *Linsfeld* in *Scharffenstein* & *Heinrichus à Schönberg*/ qui defuncti Senioris ab *Linsfeld* promissa largiter adimplerunt, & in peregrinationem suscepitam sumptūs liberaliter fecerunt, duo sidera benigna in procelloso mari apparuerunt. Suppetias etiam ivit Musarum quondam Patronus decantatus Dominus *Thomas Lebzelterus*, qui paratā pecuniā qvicquid de stipendio reflabat Electorali, τῷ ἐν ἀγροῖς simul & semel præsentavit, quod unciatim Ipsi demum fuit restitutum. Nervo itaque rerum gerendarum instrutus bonis ayibus itineri se dedit, & postquam Basileam venisset, in amicitiam intimorem Summorum Virorum Med. Doctor. *FELICIS PLATERI*, *CASPARIS BAUINI*, *EMANUELIS STUPANI* Senioris sece illatebravit. Jucundum deinde natus Comitem Dn. *JOACHIMUM BURSERUM*, Med. tandem Doctorem & in

in Academia Sorana Professorem per Losannam , Aureliam Allobrogum , Lugdunum Gallorum , & flumine secundo per Rhodanum Viennam , Avennionem , Arlatum , usqve ad Montem pessulanum perrexit , ubi propter aeris salubritatem , herbas raras & florentia studia Medica sesquiennium posuit . Ex hoc loco interdum excursiones in affinia loca fecit . & qvicquid ibi visu dignum oculis usurpavit in eo verò περιτοπειρον opponendo ac respondendo exhibuit tale , ut , factis faciendis , in primis præmissâ de purgatione , illiusqve natura & re quivis , Disputatione , Baccalaureatum in studio Medico , Promotore Dn . D . Pratillo , Consiliario & Professore regio , Decano Domino D . Johanne Varandeo , Medicô & Philosopho insigni calculo & suffragio τῶν ὄμωτέχνων obtainuerit . Perrexisset etiam ad gradus reliquos , nisi honorem huic patriæ reservâisset . Anno fluentis seculi 13. Lutetiam Parisiorum se contulit , ibi demque Phœnices istos in arte Medica Dni . D . Johannem Riolanum juniores , Petrum Seginum & inter alios Philosophum illum Parisiensem prime caveæ Crafstum , cuius nomen per anagrammā Ros Castus vertit , Ipsiique cum adjuncto carmine obtulit , elegantissimo rursus ab Eodem carmine donatus , admirationis thyrso percussus audivit . Exacto ibidem & qvidem maximam partem in anatomicis spacio annuo , domum cogitavit , & per Campaniam , Lotharingiam , Alsatiam , Palatinatum (in quibus urbes præciuas Caballinum , Nannetum , Argentoratum , Spiram , Wormatiam , Oppenheimum , Moguntium , Franckofurdum vidit) circa nundinas autumnales anno 1614. Lipsiam rediit . Ex peregrinatione venientem statim eodem adhuc anno professoria dignitas excepit , cum Domino L . Wolfgangano Corvino in professione physica datus fuit optio , qvam licentia Doctorales honores in studio Medico assumendi , ProCancellario

Dn.

Dn. D. Meurero, Decano *Dn. D. Brunone*, pedetentim fuit secuta. In succum & sanguinem jam vertere qvicquid didicerat, leculis ægrotantium assistere, miseriae humanæ spectatorem agere, sed in animum sibi revocans istud *Hippocratis*, Medico multa gravia & cernenda & audienda esse, qvodqve joco-serium Præceptor ipius *Dn. D. Siglicius* crebris sermonibus usurpare solebat, Medicum nasci Martyrem, à praxi quadam tenus desistere coepit, Spartam præsertim novam non sine sudore ac labore ornandam, professionem Mathematicum post obitum Domini *D. Meureri* anno 1616. natus. Ut vara vibiam; sic una dignitas & commoditas in vita B. nostri Senioris alteram post se traxit. Enecto ad professionem Theologicam Domino *D. Heinrico Höpfner*, inspectionem alumnorum Elect. Philosophicam anno 1617. consecutus; seqq. anno, postquam in fata concessisset Dominus *M. Heinricus Schwallenbergerus* favore *Dn. Collegiorum* in Collegium minus adscitus, ex quo, post triennium rebus humanis exempto *Dn. D. Johanne Siglio*, in Collegium majus fuit receptus.

Eodem anno 21. Botanica professio, qvâ tandem septuagenario proximus cessit (ut & in ephoria Stipendiariorum Elect. Adjunctum sibi adseverat) ipse fuit demandata, statisque dignitatibus Decemviratus anno 24. colophonem imposuit. Nec officia τῷ νῦν ἐν ἀγροῖς defuerunt ambulatoria, qvippe qvi Rectori Magnificentissimo Illustri Curlandie Duci JACOBO ProRector anno 1623. fuit additus, fasces vero Academicos anno 1633. solus gesit; in Fac. Philosophica, cuius per annos quam plures fuit Sen. cum Decanatu septies, cum ProCancellariatu quater, in Collegio majore cum Præpositura magna semel fuit. In qvibus officiis superioribus fidem, paribus industriam, minoribus indefessum serviendi studium sat luculenter probavit. Et specula v. præsentibus jam constitutus

flutatus in officiis publicis, qvod sic aīnē s̄dēs aīnē
fidem Conjugalem anno 1616, Fœmina Præstantissimæ
Susanna Gibelhusa à Domino L. Wolfgango Corvino re-
licitæ viduæ dedit. Sic enim fata volebant, ut quatuor
in partibus huic *Corvino* surrogaretur. qvod amicus
quidam advertens hoc dilicito expressit:

CORVINUM sequitur **MULLERUS** honore quater nos
In cathedra, in titulo, ac in domo & in thalamo-

Postquam cum hac Compare svavissima commune jugum
per annos 22. traxisset, non sine cordolio ingenti anno
1638. eandem præmisit. Sed rebus suis minus consultum
videns, post præterlapsum biennii spacium viduum
exuit, &, invocato divino Numine, ad secunda vota
transiit, jugali sibi lecta Fœmina nullo non bonorum
generi cumulatissima *Elisabetha*, Viri Clarissimi *Dn. M.
Johannis Merckii*, Rectoris in Gymnasio provinciali
Grimmensi meritissimi filia, Viri verò Reverendi &
Eximi Domini *M. Andreae Waltheri*, Diaconi Bornensis
relicta vidua, sponsalibus per solennitates Ecclesiasticas
anno 1640. medio Novembri confirmatis. Ut inter
hosce Conjuges *αντιφιλήσεως* exemplar eminuit: ita
& pignoribus amoris Conjugalis non caruit. Quater nos
siqvidem prole, tribus masculis, utpote *Johanne Philippo*,
Adamo Wilhelmo, *Johanne Christophoro*, & una
fœmella *Elisabetha*, qvibus omnibus partim adhuc mi-
norenibus; partim impuberibus divinam gratiam &
benedictionem appreciamur, Conjugum hoc fuit auctum.
Christianismus ipsius duobus, qvibus par est, cruribus
fide ac vita nitebatur. In congregationibus sacris &
inter hospites S. Synaxew^s cum suis freqvens conspicieba-
tur, domesticis suis ὑπογραμμοῖς pietatis exhibebat,
lectioni ac meditationi sacrorum, qvicquid operibus
vocationis succidere poterat temporis, tribuebat, &

Ecclesiam *naturam oīrov* ad monitum Apostoli conformabat, id agens, ut exemplariter sui educarentur. In officiis demandatis industrium se gerens, professione præsertim difficultimā, singularem ad existimationem profuebat, ita, ut à Viris magnis (*Johanne Kepplerio*, *Mathematico Cæsareo*, *Baptista Camillo* & aliis) amicitia Ipsius expeteretur. Profuere potuisset ad majorem, si qvicquid habuisset lucubrationum, in Solem & apicum exponere voluisset. De qibüs tamen speramus, fore, ut aliquando lucem adspiciant, imprimis super Euclidem Commentarii, & qvicquid in *Astronomia* tum *Copernico-Keppleriano*, tum *Danica* illustranda conceperat. Sed ad finem beatum properemus; Vergente jam Domini Senioris ætate, ut senectus ipsa mōrbus est, obstrunctionibus viscerum naturalium, malo hypochondriaco, inappetentiā & similibus fuit infestatus, qibüs tamen diligenter Dn. Medicorum curâ & pharmacis preciosissimis nunquam non fuit occursum, ut per intervalla suis adhuc fungi muneribus potuerit. Interea sensim deficiente humido radicali, super viribus prostratis, appetitu ciborum valde immunito, nimia oris siccitate, alvoque contumaciter adstringita fuit conquesitus, donec nocte Dominicam Qvinqvaginæ sequente lecto prorsus fuerit affixus. Magis magisque tunc vires residua atteri, carnes absumi, vitrea & viscida pituita cumulari, siccitas oris, imò totius corporis augeri, marasmus tandem senilis & atrophia plenaria seqvi, ut ex his ipsis circumstantiis nihil aliud, qvām instare fatalem horam colligere potuerit. Quantumvis autem tum à Conjugè fidissima, tum Dn. Medicis, ut sanitati restitueretur, nihil fuerit intermissum, basis tñ. restituendæ sanitatis, auxilium sc. naturæ cooperantis, defuit. Qvare voluntatem suam divinæ subordinans domui suæ dispositus, accersito Domino Confessionario, peccatorum confessionem

cionem edidit, ἐφοδίῳ sacro ad emigrationem ex hac lachrymarum valle se munivit, & ad vocationem Domini sui, qvocunq; tempore viñum fuerit, sletit in proœctu. Advenit ille proximo Sabbathi die circa tertiam pomeridianam, Dominumq; Seniorem cum Simeone in placidum solutum somnum, annorum, honorum & laborum saturrium, septuagenario quatuor annis & 6. Septimanis majorem ad cœlestia regna secum transtulit. Jam de neclaris & Ambrosiæ cœlestis, qva versans inter sidera, cum professioni vacaret, Prolomai dicto se pasci fatebatur, abundantia gloriari potest: jam Mensem istam harmonicam, de qva radium saltem in hac vita sensit, cominus adspicit: jam veram ἐνδαιμονίαν Theoreticam & practicam, cuius vix umbram in hac vita sestatu sicut, posidet nullis vicisitudinibus interrumpendam. Nos, qvod pietas jubet, exuvias S.S. Triados templum hic nobis reliqias, apud communem Matrem deponemus, & meritorum gratam memoriam hic inter Nos conservabimus. Exeqviis dictus est hic dies parœcves, quo circa vespeream, finitis sacris pomeridianis, eadem prope modum horā cum Salvatore dormitorio suo in templo Academicō inferetur. Ut autem benefactorum memores conductu frequentes intersint nostri, præsentibus jube mus. P.P. Calendis Aprilis, Anno M DC LIX.

Scripta Philosophico-Medica.

De Cometa Anni 1618. Lips. oct.

*Ημερολογια, s. Problema Astronomico-Geographi-
cum de Εequalitate & Inequalitate Dierum
artificialium & Noctium, Lips. 1621. 4.*

*De Speciebus Visibilibus & vera videndi ratione,
ignota Veteribus, Theses Opticophysicae, 1626. 4.*

Horologia, id est, de Quatuor Annis Temporibus,
Dissertatio Philologica, 1626. 4.

Miracula Chymica & Mysteria Medica, 1611. 12.

Diff. Medica de Erysipelite, Praes. D. Joach. Tanckio,
propos. Hisce sequentia ex Hen. Wittenii Diar.
Biograph. T. I. adnectimus

Tirocinium Chymicum, Novum Lumen Chymicum,
Epistolam de usu Musculorum, Disp. de To-
nitru, Fulgure & Fulmine, Epilepsia, Pur-
gatione & Peste.

In scrinis latere dicitur Comment. MSStus in Eu-
clidem, cum Observat. de Astronomia Coper-
nico Kepleriano-Danica.

D. S. V.

AD JUSTA FUNEBRIA,

QVÆ
NOBIL. AMPLISSIMO PRÆCLARISSIMO

DN. M. HENNINGO
WITTE,

ELOQV. ET HISTOR. PROFES-
SORI PUBLICO.

VIRO

DE ATHENÆO RIGENSI ET RE LITE-
RARIA OPTIME MERITO

A O R. M D C X C V I . AD D. II. M. FEBR.

RITU CHRISTIANO PERSOLVENTUR

Exequi.

EXEQVIATORES OMNIUM ORDINUM
HONORATISSIMOS
SUBMISSE, OBSERVANTER ET OFFI-
CIOSE INVITAT,
CIVES VERO ATHENÆI NOSTRI
PERAMANTER CONVOCAT
M. DAVID HORNICEUS.
PHIL. PROF. PUBL.

Si votis aliquid proficeretur, optandum esset serio, ut illi, qui & saluberrimis doctrinis juvenum studiosorum animos ad verum mansurumque decus fixerunt, & Ingenii monumentis non solum urbem Patriam, sed orbem, quam patet, eruditum ornarunt, & multos, eosque illustres manes eternitati consecrarunt, vel superefflent semper, vel minimum, dies suos ultra communes vivendi terminos, animo pariter integri ac corpore, extenderent. Verum, cum irrita haec sint vota, dum Parca, & illis parcere nescia, flamina vita saepius rumpat præcociter; committendum tamen interea non est, ut clarissimorum Hominum memoria una cum corpore intercidat penitus, ac oblitteretur. Multa enim hortantur nos, & fadent, ut eam habeamus reverenter, amplisque & egregiis, perinde ac fieri par est, monumentis consecremus, atque ut ad omnes posteros servetur inviolata ac vigeat, quantum possimus meritorum prædicatione efficiamus. Et has pietatis ultimæ partes non temere deferendas esse in præ-

senti , dum Nobil. Amplissimus , Praeclarissimusqye Vir,
 Dr. M. HENNINGUS WITTE , Eloq. & Histor. in Atheneo nostro Professor Publicus multò meritissimus , Fatis
 cessit , planè atque omnino existimaverim . Erat qvippe
 Decus Ordinis nostri & Patriæ : erat literati Orbis , qvem ,
 ob vindicatos in primis ab oblivione Viros , devincutum
 sibi reddiderat , delicium . Eqvidem vellem , DEus immor-
 talis fecisset , ut vivo potius Collegæ Optimo de recu-
 perata valetudine gratularer , qvam mortuo officium per-
 solverem , qvippe qvod ultimum , atqye adeò mihi tri-
 stissimum est ; solemni tamen pietatis significatione vel
 invitissime nunc declarandum . Qvod ut pro consuetudine
 fiat ac decoro , qvæ ad natales Ejus , mox , qvæ ad studia
 & doctrinam , nec non , qvæ ad omnem Ejus vitaे for-
 tunæque cursum pertinent , breviter tantum & sine pha-
 literis proponemus . Ut itaque à Natalibus solemni more
 ordiamur , fortitus est ô Managyrus Noster nascendi au-
 spicia in Urbe hac florentissima Anno seculi , qvò vivimus ,
 34. d. 26. Febr. Patrem Virum Spectatissimum JOHAN-
 NEM WITTE , Majoris Civium Collegii Seniorem , &
 Mercatorem primarium : Matrem CATHARINAM , No-
 bili apud nos familiâ BARTRAMMORUM oriundam ,
 pietate pariter & Virtute Ornatissimam Matronam habuit .
 Dederunt hi operam , ut , postqvam in sacrum fontem re-
 missius , pietate & literis , sine qvibus immane quantum in
 rebus inane est , imbueretur . Neqve in cassum . Licet
 enim primis pueritiae sine annis , imbecilliori & dubiâ plu-
 rimum esset valetudine , qvæ conatus saepè refrænabat lau-
 dabilis , corrigerre tamen hoc malum solebat industria ,
 qvæ in ipso tanta , tamqve pertinax erat , ut Theopompi
 instar fræno reprimi indigeret . Qvod cum Parentes optimi
 non minus ac alia bona indolis indicia in Filio nota-
 rent , adjuvandum enixè esse Henningum statuerunt , &
 qvem Deo consecrandum rati , tenerâ adhuc musteâque

xatae

estate in Scholam miserunt. In qua non saltu , Empe-
docleo sapius noxiori , sed justo ordine , quem ipsa na-
tura & molitor DEus observat , sed merito suo ad altiora
subinde subsellia adspiravit , & sub fidelissima Praecepto-
rum informatione ad Græcos , Latinosqve Autores sermo-
nis utriusque lumina ac ornatum in animum admisit , pro-
fecitqve luculenter , adeò , ut Anno 1654. ad majora in stu-
diis spatia facienda , in numerum Civium Gymnasii nostri
cooptaretur. In eo qvatuor admodum annos substituit ,
& melioribus literis , ac Philosophia operam navans pror-
sus sedulam , magnis passibus in stadio literario processit.
Sæpius enim vifus in exedra , qvâ aptè pariter ac expedite
modo nectere dubia , modo ab aliis proposita , discutere
ac replicare non sine suâ laude auditus est. Rationes au-
tem dicendi ad placita Viri , meô Elogiô majoris , JO-
HANNIS BREVERI , quem hodie venerandâ canitie An-
tistitem & communem urbis Praeceptorem superstitem
(det DEus adhuc diutissime !) colimus , composuit. Sed
& coram Ampliss. Confessu qvid vires valerent , pericli-
taturus , sub umbone CI. JOH. RICHMANNI de Prima
Rerum Materie , prima pariter innotescendi materia ,
responsa dedit publicè. Hunc pulcherrimum conatum
haud multò post Oratio , qvâ Virorum ex omni Ordine
Prællantissimorum & lue pellisera post felicissimam
Moschorum oppressionem , Patriam acerbè infestante
absumptorum ab oblivione liberare memoriam ausus est ,
exceptit , qvæ typis deinceps exscripta in lucem prodit.
Sed temporis ratio jam postulare videbatur , ut tam soli-
dis fundamentis , reliqua eruditioñis structura superin-
duceretur. Hinc in consilium ante vocatis rectiora sva-
dentibus , Deoqve Duce , anno 1658. trajecit Lubecam ,
& salutato ibidem Theologo Seniore , MEN. HANNE-
KENIO , mox Hamburgum petiit , & famigeratissimi
SCHUPPII favorem promeritus , citatō cursu ad Academiam

miam Julianam , qvæ Helmstadii est , contendit . Hanc ingessus inceptæ studiorum telæ cō animō atque ardore fila submisit porro , ac si paucos infra menses totum literaturæ ac eruditionis Oceanum mente concludere vellet ac emitiri . Sub hoc schemate se exhibuit Exe. FRID. ULRICO CALIXTO , Patrono ac Hospiū suo , cōqve Præside sexties de præcipuis Religionis nostræ Capitibus in magno Juleo publicus differuit Respondens . Hoc agens , nec aliorum Doctorum Scholas , five publicas , five privatas neglexit Noster ; sed , quantō potuit studiō , sc̄tatus est . Cumprimit tamen Theologorum accuratisimo GERH. TITIO , Orthodoxiam ex lypidissimis Israëlis fontibus adserenti & contra artes commentaque adversariorū incredibili dexteritate & perspicacissimo iudicio confutanti studium & attentionem probavit . In aliis , qvæ five ad Humanitatem , five ad Philosophiam , eamque sobriam , pertinebant , imbibendis , pluteis Virorum sine controversia magnorum HER. CONRINGII , CHRISTOPHI SCHRADERI & SAM. RACHELII auditor adhæsit , & nunquam non abiit doctior . Integro triennio , nec absqve fructu , in hoc Musarum Templo commoratus , severiora studia temperaturus , ad vicina loca excursionem fecit , & Hercyniam , propter metallica opera , curiosè perlustrans , Melibocum , Quedelinburgum , Halberstadtum , Magdeburgum , & omnium elegantiarum sedem , Lipsiam concescit . In primis hoc in partem felicitatis ponebat , qvod toto orbe celebratissimam Bibliothecam Guelpherbytanam inspicere , animumqve ac oculos splendore ejus ac MSStorum cumprimitis ubertate pascerē datum ipsi concessumqve fuerit . Revisit tandem Helmstadium ; sed sine animo commorandi ibidem ulterius . Nam cum alienam à strepitu Academicō vitam agere mallet , anno 1661. valedixit loco , per Hildesheimum (ubi JOH. HILPERTO , lingvaruui variarum peritissimo

ritissimo Viro, innotuit) Cassellam, Marpurgum atque
 Francofurtum, se Darmstadium movit, benignissimeque
 à Magni Nominis Theologo BALTHASARE MENTZE-
 RO exceptus est, cuius Bibliothecā usus liberè utiliter-
 que: Disputationem de arduo Fidei Capite, Justificatione
 conscripsit; Giesse deinceps Moderatoro Actus Summè Rev.
 PETRO HABERKORNIO, habitam. Dum autem in Athe-
 nis Ludovicianis ulterius degit, nonspectatorem otiosum,
 sed actorem negotiosissimum se præstitit WITTIUS.
 Publicè enim modò laudato HABERKORNIO Henoticæ
 Cassellani Colloquii scedula sub incudem veritatis divinæ
 vocanti, privatum verò Exc. JOH. NIC. MISLERO,
 tunc contra Novatorum molimina insurgenti, inter-
 rupto nunquam ordine adsumit. Dum autem hæc expo-
 nimus, nec possumus, nec debemus tacere voluntatem
 planè egregiam, quæ & Giesse, & Darmstadii Fautores,
 nullis meritis provocati, prosecuti sunt nostrum. Quos
 inter celebrandi in primis sunt modò memoratus
 MENTZERUS, celeberrimus Hassorum Archiater, JOH.
 DAN. HORSTIUS, ejusque Gener dignissimus, LAUR.
 STRAUSIUS, ut & Ampliss. JOH. CONR. DIETERI-
 CHIUS, qui nostrum pro filio fratreque habuerunt, &
 amicissimis postea absentem literis compellarunt. Et
 licet ægerrimè à tam charis amplexibus, quibus haferat
 haec tenus, divelli se pateretur; relinqueret tamene eosdem
 anno 1662. coactus est, dum intellina Studiosorum bellæ
 mutationem loci svaserunt vehementer ac injunxerunt.
 Hinc cum commilitone quodam Veteri Heidelbergam
 profectus est, ubi eodem forte tempore ingens fama de
 splendidissimis Orientalis Frisiae Ducis cum Würtenber-
 gica Principe habendis Nuptiis serbatur. Studgardiam
 ergo properant, & cum per octiduum ibi interfuerint so-
 lemnibus, Spiram in redditu salutant. Mox ad Acidu-

ias Schwalbachi subsistunt, magna Hominum perillstrium freqventiâ valde conspicuas. Sed vidisse hæc omnia ac notasse, parum ipsi videbatur, nisi Teutonici Orbis Ocellum, Noribergam, Urbem, & Viris in omni scientiarum genere præstantissimis, & naturæ pariter ac artis miraculis affluentissimam inspexisset. Hanc eum salvus attigisset, applicavit se Noster ad JOH. MICHAELI DILHERRUM, Philologum æque ac Theologum celeberrimum, qui in eo ornando foventoque multum valuit. Hospitem ibi ex voto nactus est Amplissimum JOH. HELDIUM, qui & præsentem tenerimè amabat, & absentem postea literis compellabat sibi. Huic felicitati pondus quasi addidit Exc. CHRIST. ARNOLDI quotidiana penè conversatio, quâ nihil sibi utilius esse sensit & fassus est, propterea, qvod in eo Viro amplæ reconditæque doctrinæ exemplum cernebat, & pari industria seqvebatur. Huic Ebraicæ Anglicæqve Lingvæ peritiam se debere ingenuè scriptoqve publico testatus est: Hujus, licet diuturno tempore ab eo abesset, lucernas tamen olebat valde fragrantes. Noribergâ perexit in Aldorfianam & consuetudine JOH. CONRAD. DURRII, JOH. PAUL. FELWINGERI, MAT. KONIGII, Professorum voce & scriptis Clarissimorum, se erexit magis ac provexit. Ad Comitia porro Anno 1663. qvæ Cæsarea tum Majestas sua præsentia mirificè illustrabat, Ratisbonam iter direxit, eaque occasione multa vidi & notavit, hocqve cumprimis felicitatis loco sibi deputavit, qvod, ut hactenus ex Libris, cedrō dignissimis, sic jam ex colloquiis HENR. URSINI atqve LUD. PRAESCHII potuerit eruditiri. Relictâ autem Ratisbonâ, Monachium, Augustam Vindelicorum, & propter Danubium, Ulmam concesfir. Tubingam quoqve, & in ea Theologos Primicerios, TOB. WAGNERUM, JOH. AND. OSIANDRUM, atqve ER. MAURITIUM, quamvis

vis ob Rhedarii festinationem ὡς ἐν παρόδῳ salutavit.
 Tandem Argentoratum pervenit, & in ædes Magnifici
 SEBAST. SCHMIDII receptus est ; cuius ut & Exc.
 BALTH. BEBELII in Collegio Anti-Becano occupati,
 adiit pulpita. DANNHAIWERI incomparabilis non
 sum oblitus ; sed quem primo loco nominare debebam,
 ad extreum fere reservavi, qvod instar omnium Nostro
 exasciendo fuerit. Philosophus idem, Philologus ac
 Theologorum summus, & in enodandis divinarum lite-
 rarum Oraculis multò versatissimus. Nec Senaci lite-
 rarii Proceres JOH. HENR. BOECLERUM, BALTH.
 SCHEIDILUM tacere omnino hic debo, qvippe qvos,
 & Exc. PHIL. JAC. SPENERUM auditor lectatus est ad-
 miratorqe. Alfaticis anno 1664. valedicens Musis,
 amabili Rheni trajectu in Belgium se contulit, Spiram
 denuo, Wormatiā, Darmstadiū, Francofurtum attin-
 gens : Moguntiam dein atqve Bonnam, Cojoniam Agrip-
 pinam, vedit & ulterius ad Cliviæ ac Montensis duca-
 tūs hujusque Metropolin, Düsseldorfū, pervenit.
 Hinc Noviomago, Arnhemio, civitatibus Geldriæ, aliisque
 relictis, Dordrechtum, Antwerpianam, Lovanium, Acade-
 miā & LIPSII sepulchro nobilitatam, Bruxellam, &
 eximia alia Brabantia munimenta ubique vigilans pera-
 gravit. In Flandria reflatab Gandavi, Brugis, Schlisse
 atqve Ostendæ paulisper subsistere, donec navalī itinere
 Angliam, hanc ambiguo cursu, peteret, & Emporium
 Europæ populosisimum, Londinum, intraret. Qvæ
 visa hic digniora, qvinam Viri omnium Ordinum emi-
 nentes, quali confortiō usus, majora sanè sunt, qvam
 ut brevi Schediasmate omnia atqve singula recenseret
 qveant. Oxoniā se qvoqve recepit, eo ipso anni tem-
 pore, quo Comitia, cœu vocant, Academica illuc cele-
 brabant. Multus profecto essem, si omnia, qvæ hic
 vidit & audivit, repetere altius yellem ; felicem interim
 nom

non possum non prædicare Nostrum , qvod ipsi pluram
 unius alteriusque dici celebritate notare licuerit , quam
 alii integri anni decursu . Eadem adhuc æstate Oxonia
 redux in Selaniam navigabat , demumqve Middelbur-
 gum pervenit , ibidemqve in Medicum atqve Ecclesiasten
 famigeratissimum JOH. DE MEY exoptatus incidit , qui
 ipsi varias insectorum formas , à nemine haftenuis ob-
 servatas , ostendit . Poitea & Roterodamum , Del-
 phium , Amsterodamum , Hagam Comitis , Lugdunum ,
 Utrechtum , Franekeram , Groningam , cursum di-
 rectit , & ubique Viros undiquaque inclutus JOH. HORN-
 BECKIUM , JOH. COCCEJUM , GEOR. HORNIIUM ,
 JOH. FRID. GRONOVIIUM , GISB. VOETIUM , JOH.
 LEUSDENTIUM , JOH. GEORG GRÆVIIUM , CHRIST.
 SCHOTANUM , NICOL. ARNOLDIUM , SAM. MARE-
 SILIUM ac JAC. ALTINGIUM non vidit modo , sed audi-
 vit , sed quoque alloquitus est , & quid de quavis re
 penitus sentirent , præfens didicit atqve accurate intel-
 lexit . Tandem ex Belgio ad Germanos reversus , Olden-
 burgum , Bremam , Hamburgum , Lubecam , Wis-
 mariam transiit , & in illustri ad Varnum Roseto aliquot
 hebdomadibus pientissimo Theologo HENR. MULLERO
 se convictorem dedit , qui & impensè dilexit Nostrum ,
 adiuvitque , & absentem literis insuper ad ipsum per-
 scriptis , honore manus suæ beavit , quas devotus cliens
 inter *Κεμπήλια* sua reposuit asservavitque . Sed in-
 gruente hyeme properandum erat ad Lipsenses , ad
 quos priusquam pervenit , Luneburgum , Brunsvigam ,
 Helmstadium , Magdeburgum , Halam Saxonum partim
 revisit , partim hospes perlustravit . Lipsiam ingressus
 corpus , itineribus lassum defatigatumque in ædibus men-
 saque Venerandi Theologi SAM. LANGII refecit paulu-
 lum , animum verò prælectionibus acutissimi SCHERZERI
 in Breviarium Beati HULSEMANNI recreavit . Jucun-
 dus

dus etiam aliis Magnisqve ibidem Viris fuit Nofer ;
cum primis Summè Rever. MART. GEIERO : qvi, Dres-
dam vocatus , ut SAXONI à Sacris esset , iter suffici-
pebat , sed non sine comite WITTIO suo . Hunc enim
amore suo haud indignum judicabat animorum illa
arbiter prudentissimus . Doctos adeò in Academiis
Germania præciuos jam salutaverat . Jenam ergo
Anno 1665. Vitembergam , Coloniam ad Spream , Ste-
tinum , Gryphiswaldiam , Stralsundiam , Wolgastum
Iustrat & obſervantiam suam ubique locorum Doctis-
simis Hominibus declarat . Vitis autem tot exteris
inspeclisqve Regionibus ac Regnis indecorum duce-
bat , qvitimò iniquum , si Sveciam non perlustrasset .
Navigiò itaqve Holmiam trajecit , & Urbem splendidis-
simis Magnatum Palatiis superbientem , REGISQVE
divinam Majestatem ex juvenili facie , purpurā & diamante
illustriorem , Mavortis insuper stipatam Heroibus
adspexit & veneratus est ; Episcopos canitie & pruden-
tia Theologica venerandoe , eosqve inter , Strengensem
præcipue , ERICUM EMPORAGRIMUM coram submissè
coluit . Et cum , in aula tūm Regia , Præpotentis for-
derati Belgii Minister , ceu vocant , Residens , NICOL-
LAUS HEINSIUS , DANIELIS , vasta doctrinâ , Pare-
lius adeset , femel iterumqve illum invisit , & multa
humanitate , qvam summis Vir Summæ Eruditioni svayi
qvasi connubio junxerat , ad colloquium admissus est .
Ad Regiam Upsaliensem excurrens Academiam , JOH.
LOCCENIUM & JOH. SCHEFFERUM , scriptis à ju-
dicio non minus , qvam oleo , laudandis celeberrimos
adiit , multumqve ex sermonibus eorum præsens didicit .
Ex hac Holmiam reversus , subductis itineris longinqvî
rationibus , redditum in Patriam meditatus , cīqve , post
qvam (cætera consultus taceo) Academias XXI. partim
inhabitasset , partim perlustrasset , & octo integros annos

à Pa.

2 Patriis laribus absfuisset, Deo O. M. Sospitatore, au-
 tumno præcipite, salvus multoqve doctior redditus est.
 Redux autem tot tantosqve exantlatos labores opportu-
 na quiete lenire voluit. Hoc animo volvens, Deo Pro-
 nubô, Fœminæ, ab animi fortunæqve bonis commen-
 datissimæ ELISABETHÆ NOTTELMANNIÆ, ex obitu
NICOLAI KEMPII, Majoris Civium Collegii Senioris,
 Viduæ addixit fidem, & solemnissimam Nuptiarum A. 1666.
 3. Sept. celebratis, sibi pactus est illam. Ex qua utrius-
 que sexus prolem, Filiam, CATHARINAM, Generis
 sui dotibus undique florentissimam, Anno 1685. Nobil.
 Ampliss. Consultiss. DN. BALTH. à NAGELN, Senatori
 nunc gravissimo, auspiciatissimè nuptam: & Filium,
NICOLAUM, suscepit Pater, plurimumqve hac Con-
 jugo, qvæ cum Andromache de palma certare videba-
 tur, gavisus est Maritus. Sed ut res humanæ sunt,
 non usqve qvægaue gaudere hac felicitate ipsi licuit. Anno
 enim 1690. d. 8. Aprilis charissima Conjux, volente sic
 summo vitæ necisqve Dictatore, Deo, morte surrepta
 ipsi est. Domui ergo inclinataqve extati suæ confuturus
 Anno 1691. d. 16. Martii ad secundâ, vereqve secunda,
 vota transiit, ducta virtutum omnigenarum splendore
 conspicua Fœmina MARGAR. GOLDBERGIA Spectatiss.
BART. KEMPII, Majoris Civium Collegii Senioris reliqua
 Vidua: Vidua eheu! secundum mcerore & luctu confusa,
 in qua recuperasse sibi videbatur qvod amore, fide,
 cura in priore perdiderat. Hæc qvippe, qvod disimu-
 lari non debet, Marito à primis matrimonii annis, ulti-
 mò præcipue, non vegeto satis valentiqve, tanta sollici-
 tudine, & diligentia plane indefessa, licet eodem penè
 casu affecta, baoulô gradum formare cogebatur, adfuit
 fidissima Uxor, nihil ut ad summas laudes prætermiserit.
 Erat spatum, qvō privatus sibi vixit o Managruis.
 Seqvi.

Seqvitur illud, qvō ad Professionem vocatus, publico
 bono profuit. Qvamvis dubitare quis meritō posset,
 num sibi vixerit? dum in isthoc otio, ut publicas ad
 populum recitationes sacras non tangam, scripta elabo-
 ravit in publicum profutura. Qvieqvid autem rei sit, hoc
 profectō, docta industria confectus est, ut Patronis se
 suis de meliori nota commendaret. Inde enim factum,
 ut cum Anno 1677. de restaurando Gymnasio nostro
 serias curas susciperent Rei Scholasticae Proceres, WIT-
 TILUM inter alios eruditione praecellentissimos Viros
 Doctorem desiderarint, quippe cuius eruditio perspecta
 jam ipsis erat & explorata. Vocatus eodem anno à
 Magnifico urbis Senatu ad Professionem Eloq. & Histor.
 obcundam, exosculatus est Dei voluntatem, Promoto-
 rumque benevolentiam, & anno proximè sequente, d.
 20. Augusti, Orationem, ut vocant, Auspicalem de
 Contubernio Eloq. & Historiae in splendidissima Pane-
 gyri habuit luculentissimum. Qvalē se ex eo tempore
 in munere suo gesserit, non, opinor, nobis hic expo-
 nere necessum esse, cum, claro illustriqve ejus rei testi-
 monio, tot præstantes Viri inveniantur, qui ejus sub
 Ungye olim fuisse, nunc qvoqve gratis animis & sermo-
 nibus læti repetunt prædicantqve. Non potest unum
 illud hic taceri, qvod scripta varii commatis cum eru-
 dito orbe communicaverit, qvæ à veris diligentia æsti-
 matoribus magnopere & rectè celebrantur. Sunt autem:
Memoria Theologorum Decades XVI. & Ctorum Decades
IV. Medicorum Decades II. Philosophorum Decades IX.
Repertorium Biblicum: idem Homileticum: Diarrii Bio-
graphici Tomi Duo. Tertius in schedis B. Authoris est:
qui ut cum ceteris propediem lucem publicam videat
omnino optandum. Literarum insuper commercia cum
præcipuis Seculi nostri Hominibus, suo qvibusqve
loco, suaqve laude præfulgentibus, instituit, qvoruna
nomina adscriberem, nisi angustia paginæ id planè pro-
hibet.


hiberet. Sed ad suprema veniendum tandem , eorumque prodromos tristissimos. Ardore febri Noster ante tres ferè annos corripiebatur , qvæ singulis membris insidens , vires penè omnes depopulabatur. Multi tunc de vita ejus metuebant , plurimi desperabant ; nec absque re. Conclamatum enim de ea penè erat. At servatus hac vice est dexteritate experientissimi Medici , ut Dei providentiam agnosceret pariter , ac grato pectorè celebraret. Procul tamen hinc antiqua illa species , procul robur pristinum. Colligere interim vires potuisset ; nisi insperatus tristissimusqve planè casus omnem spem ademisset. Accidit enim , ut , Anno 1695. d. 4. Januarii Librum ex Bibliotheca alte repositum de prompturus , sella , cui insistebat , malè fida , in latus finistrum gravi lapsu procideret. Qvo casu non corpus solum concussum debilitatumqve est , sed & rerum custos , memoria , magnum passa est detrimentum. Aderat justo tempore Æsculapius experientissimus , qui ex praescripto artis suæ medicinam faciebat : nec irritò prorsus conatu. Postqvam enim aliquot menses lecto affixus erat , in gratiam cum valetudine redire videbatur , dum & testudineo licet vacillantiqve , gradu reperet , & assitos in ædes suas Auditores recitationibus erudiret ; sed videbatur. Aliter enim res occidit , quando vires morbō & langore difficili , lentōqve fractæ , ante mensem , non obscuram futuræ cladis significationem dederunt. Qvod cum adverteret Noster , curatiū animæ propiciendum esse judicavit. Devocari ergo iussit Summè Rev. voluntatis divinæ Interpretē : qui mox præsto fuit & vita errores exponenti dolentiqve sedulo attendit , ac post religiosissimam exomologesin firmo cum fallendiqve nescio præsidio , Divino nimirum epulo , contra inferorum circumscriptiones & infidias munivit. Idem laudatissimus

mus Mysteriorum Præbitor nostrum ad cœlestia adspirantem oratione solatii plenisima excitavit magis, omnesque adeo sensus ejus dulcedine permulxit. Hinc postquam suis valedixerat, totum se Salvatori Jesu fiduciâ plenissimus commisit. Tandem 22. Jan. nocte æris campani signo secundo dato, inter preces, & divinas adstantium modulationes, dormienti planè similis absque motu nutuque expiatam animam ad æternas fortunatasque sedes transmisit. Nos pie defuncto, Viro Pio, Cordato, Docto, post tot longiores & vigilatas noctes beatissimam sortem gratulantes, Viros O. O. Honoratissimos, quâ decet, submissione, observantiâ & studio, solemni formulâ, & sub debiti rediostimenti fide iterum iterumque oramus, velint hoc ultimo honori Beati Nostri dare, & honorifico prolixoque comitatu funeris deductionem ornare quam benevolentissime. Vos autem ô MEI! ut ad persolvendum ultimum pietatis officium multis cohorter verbis, opus haud esse, vel ideo censeo, ne de vestra in defunctorum, Doctorem meritissimum, observantia dubitasse ullâ ex parte videar. Dabam Rigæ Livon. 30. Jan. M DC XCVI.

SCRIPTA

*In Programmate modo notata hic repetere nolo,
haud male tamen eruditos rebus suis consul-
turos esse censeo, si Celeberrimi Viri, Dn. M.
Henrici Pippigii, eruditam Prefationem,
Septennio Decadum, Theolog. Memor. exhib-
benti, premissam attente perlegerint, quippe
quaे Virum hunc laboriosissimum adversus
Eruditorum censuras (quas nuper excellen-
tissimus*

tissimus Vir, Dn. Thomas Crenius, in Ani-
madv. Philol. & Histor. P. XVI. p. 356. ad-
auxit, ita scribens: Indices librorum à Theo-
logis editorum, eorumque Memoriis à
Witten subjuncti valde sunt imperfetti,
plurimorum enim ipsum fugit notitia
copia bonorum librorum expertem)
valde acres & mordaces
tuetur.



SERIES

SERIES ELOGIORUM,

1) PRÆCOCIUM qvorundam ERUDITORUM,

MORTUORUM.

1674. Gustavi ab Helmfeld, Consil. Regii Svecici.
1669. M. Jo. Jac. Thurmii, Augusta-Vindelici, S. Th. C.
1641. Eliæ Schedii, Poëta & J. U. Candidati.

2) Aliorumque VIRORUM DOCTORUM,

1615. Sethi Calvisi, Chronologi & Musici Lipsiensis.
1616. Ad. Theodor. Siberi. Eloq. Prof. Publ. Witteb.
1629. M. Jo. Friderici, LL. & Histor. Prof. Lips.
1640. D. Friderici Hortlederi, Consil. Sax. Vinar. &
Histor.
1655. D. Jacobi Gerschovii, Ling. Orient & Poët.
Prof. Gryphiswald.
1659. L. Philippi Mülleri, Prof. Mathem. Lips.
1696. M. Henningi Witenii, in Athen. Rigenf. Eloq.
& Histor. Profess.





INDEX PHILOSOPHORUM,

Qvorum Vitæ IX, Decadibus HENNINGI
WITTENII, eisdemqve adjecta X. Decade,
recens condita, continentur, juxta illo-
rum Cognomina.

(Lit. A. notat Witt. Dec. IV. priores. Lit. B.
reliquas V. Dec. poster. designat. Lit. C.
respicit tantum X. Dec.)

Antonius *Æmilius*, Belga, Dec. IIIX. N. 2.
p. 408. b.

Lamb. *Barlaeus*, Belga, Dec. VI. N. 7. p. 234. b.
Casp. *Barthius*, Polyhi. Misn. Dec. VII. N. 4. p. 320. b.
Math. *Berneggerus*, Alfatus, Dec. IV. N. 4. p. 486. a.
Jo. Henr. *Boclerus*, Alfatus, Dec. IX. N. 7. p. 557. b.
Jo. Andr. *Bosius*, Thuringiacus, Dec. IX. N. 9. p. 572. b.
Marc. Zver. *Boxhornius*, Belga, Dec. VI. N. 2.
p. 141. b.

Tycho Brahe, Danus, Dec. I. N. 2. p. 5. a,
Martinus Braschius, Megapol. Dec. I. N. 2. p. 1. a.
Jo. de Bruyn, Belga, Dec. IX. N. 10. p. 586. b.
Aug. Buchnerus, Saxo, Dec. VII. N. 10. p. 386. b.
Franc. Burgersdicius, Belga, Dec. III. N. 3. p. 325. a.
N. Burlejus, Scotus, Dec. IX. App. 2. p. 605. b.
Jo. Buxtorffius, Helveticus, Dec. II. N. 2. p. 306. a.
Virgi-

Virginius *Cesarinus*, Italus, Dec. II. N. 6. p. 167. a.
 Sethus *Calvius*, Misnicus, Dec. X. N. 4. p. 55. c.
 Gvil. *Camdenus*, Anglus, Dec. II. N. 3. p. 130. a.
 Renatus *Cartefius*, Gallus, Dec. IV. N. 9. p. 580. a.
 Phil. *Cluverius*, Belga, Dec. II. N. 2. p. 120. a.
 Abr. *Conlejus*, Anglus, Dec. IX. N. 1. p. 516. b.

Sim. *Dache*, Prussus, Dec. VII. N. 5. p. 330. b.
 Jo. *Conr. Dietericus*, Hassus, Dec. IIX. N. 10.
 p. 472. b.
 Jo. *Drusius*, Belga, Dec. II. N. 1. p. 106. a.

Casp. *Ebelius*, Hassus, Dec. IIX. N. 1. p. 402. b.
 El. *Ehingerus*, Svevus, Dec. VI. N. 3. p. 160. b.
 Laur. *Eichstadius*, Prussus, Dec. VII. N. 8. p. 361. b.
 Michaël *Eijlerus*, Prussus, Dec. VII. N. 1. p. 286. b.
 Ubbo *Emmius*, Belga, Dec. V. N. 2. p. 31. b.
 Th. *Erpenius*, Belga, Dec. II. N. 4. p. 139. a.

Laurentius *Fabricius*, Saxo, Dec. III. N. 1. p. 300. 2.
 Christoph. *Försterius*, Mompelg. Dec. IIX. N. 10.
 p. 493. b.
 Reinold. *Franckenbergerus*, Saxo, Dec. IIX. N. 5.
 p. 439. b.
 Jo. *Freinshemius*, Palatinus, Dec. VII. N. 7. p. 346. b.
 Jo. *Ifridericus*, Misn. Dec. X. N. 6. p. 73. c.

Petrus *Gaffendus*, Gallus, Dec. VI. N. 6. p. 201. b.
 Janus *Gebhardus*, Belga, Dec. II. N. 10. p. 212. a.
 Jac. *Gerschorius*, Pomeranus, Dec. X. N. 8. p. 94. c.
 Caes. *Grammus*, Holsatus, Dec. IX. N. 8. p. 566. b.
 Hugo *Grotius*, Belga, Dec. IV. N. 6. p. 554. a.
 Janus *Gruterus*, Palatinus, Dec. II. N. 10. p. 212. a.

Georg. Phil. *Harsdörffer*, Noricus, Dec. VII. N. 3.
p. 305. b.

Wolff. *Heiderus*, Thuring. Dec. II. N. 7. p. 198. a.

Dan. *Heinsius*, Belga, Dec. VI. N. 5. p. 171. b.

Gustavus ab *Helmfeld* / Svecus, Dec. X. N. 1.

p. 1. c.

Joach. *Hondius*, Belga, Dec. IX. App. I. p. 600. b.

Frid. *Hortlederus*, Thuring. Dec. X. N. 7. p. 85. c.

Joach. *Jungius*, Saxo, Dec. VI. N. 10. p. 260. b.

Joh. *Kirchmannus*, Saxo, Dec. IV. N. 5. p. 516. a.

Jo. Papir. *Maffonius*, Gallus, Dec. I. N. 6. p. 46. a.

Paul. *Merula*, Batavus, Dec. V. N. 1. p. 8. b.

Jo. *Meursius*, Danus, Dec. IV. N. 3. p. 476. a.

Jo. *Mochinger*, Prussus, Dec. VI. N. 1. p. 136. b.

Jo. Michaël *Moscherofschinus*, Rhen. Dec. IX. N. 5.

p. 544. b.

Ph. *Müllerus*, Misn. Dec. X. N. 9. p. 104. c.

Chr. *Neander*, Marchicus, Dec. V. N. 4. p. 69. b.

Jo. *Neldelius*, Misn. Dec. I. N. 7. p. 53. a.

Edo *Nehusius*, Belga, Dec. V. N. 3. p. 63. b.

Henricus *Nicolai*, Prussus, Dec. VII. N. 9. p. 379. b.

Christoph. *Nottnagelius*, Saxo, Dec. II. N. 7.

p. 454. b.

Martinus *Opirius*, Silesius, Dec. IV. N. 2. p. 439. a.

Jo. Ericus *Ostermannus*, Saxo, Dec. IX. N. 2.

p. 523. b.

Jo. *Pafferatius*, Gallus, Dec. I. N. 3. p. 18. a.

Nic. Claud. Fabric. de *Peiresc*, Gallus, Dec. IV. N. 1.

p. 420. a.

Mich. *Piccartus*, Noricus, Dec. II. N. 6. p. 181. a.

Sigism.

Sigism. *Pichlerus*, Prussus, Dec. IX. N. 3. p. 530. b.
 Erycius *Puteanus*, Belga, Dec. IV. N. 7. p. 564. a.
 Petrus *Puteanus*, Gallus, Dec. V. N. 10. p. 118. b.

Th. *Reinesius*, Misn. Dec. II X. N. 8. p. 461. b.
 El. *Reufnerus*, Thuring. Dec. I. N. 8. p. 62. a.
 Ambro. *Rhodinus*, Sa. o, Dec. III. N. 5. p. 245. a.
 Laur. *Rhodomannus*, Saxo, Dec. I. N. 8. p. 23. a.
 Andr. *Rivinus*, Misn. Dec. VI. N. 9. p. 251. b.
 Christ. Ad. *Rupertus*, Noricus, Dec. IV. N. 10.
 p. 593. a.

Cl. *Salmasius*, Belga, Dec. V. N. 9. p. 111. b.
 Jos. Just. *Scaliger*, Belga, Dec. I. N. 5. p. 29. a.
 El. *Schedius*, Megapol. Dec. X. N. 3. p. 33. c.
 Balth. *Scheidius*, Alfatus, Dec. IX. N. 6. p. 550. b.
 Henr. Jul. *Scheurlius*, Saxo, Dec. V. N. 8. p. 106. b.
 Wilh. *Schickardus*, Würtemb. Dec. IV. N. 7.
 p. 367. b.
 Erasm. *Schmidius*, Saxo, Dec. III. N. 10. p. 405. a.
 Huldar. *Schoenbergerus*, Prussus, Dec. IV. N. 8.
 p. 571. a.
 Dan. *Schiventerus*, Noricus, Dec. IV. N. 6.
 p. 356. a.
 Mich. *Sendivogius*, Polonus, Dec. IX. App. III.
 p. 615. b.
 Ad. Theod. *Siberus*, Saxo, Dec. X. N. 5. p. 64. c.
 Paulus *Slevogtus*, Thuring. Dec. VI. N. 8.
 p. 244. b.
 Jo. *Sperlingius*, Saxo, Dec. VII. N. 2. p. 296. b.
 Dan. *Strahlius*, Thuring. Dec. VI. N. 4. p. 166. b.
 Azar. *Sturtzius*, Megapol. Dec. II. N. 7. p. 205. a.

Frid. *Taubmannus*, Saxo, Dec. I. N. 10. p. 83. a.
 Val. *Thilo*, Prussus, Dec. II X. N. 3. p. 425. b.

Jo.

Jo. Jac. *Thurminus*, Bavar. Dec. X. N. 2. p. 9. c.
Abd. *Trew*, Noricus, Dec. IX. N. 4. p. 537. b.
Mart. *Trostius*, Saxo, Dec. III. N. 8. p. 381. a.
Andr. *Tscherningius*, Megopol. Dec. VII. N. 6.
p. 338. b.

Nic. *Vernulans*, Belga, Dec. V. N. 6. p. 90. b.
Fr. Baco de *Verulamio*, Anglus, Dec. II. N. 10.
p. 280. a.

Mich. *Virdungus*, Noricus, Dec. II. N. 9. p. 386. a.
Gerh. Joh. *Vossius*, Belga, Dec. V. N. 7. p. 96. b.

Mich. *Watsonius*, Holsatus, Dec. IIX. N. 6. p. 445. b.
Pierius *Winsenius*, Belga, Dec. V. N. 5. p. 79. b.
Hennigus *Wittenius*, Livonus, Dec. X. N. 10.
p. 116. c.

Jo. *Wolverus*, Holsatus, Dec. I. N. 9. p. 79. a.

Martinus *Zeilerus*, Sycus, Dec. IX. N. 1. p. 402. b.



ENr. BC 6]

66A 4602





B.I.G.

Farbkarte #13

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
Inches
Centimetres

4

ELOGIA PRÆCOCIUM Qvorundam ERUDITORUM, Aliorumque VIRORUM DOCTORUM, *M. Henningi Wittenii* NOVEM DECADIBUS PHILOSOPHORUM, ORATORUM, POETARUM, HISTORICORUM & PHILOLOGORUM, superaddenda, Quo suam nanciscatur integritatem Philosophorum præstantissimorum CENTURIA, Annexo Indice Virorum, qvorum Vitas ista exhibet, Collectore *Georgio Henrico Goetzio, D.* *Ecclesie Lubec. Superintendentem.*

LUBECAE,
Apud PETRUM BÖCKMANNUM,
Typis SAMUELIS STRUCKII, A. MDCCIX.